Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS

SACRÆ ECCLESIAE ORATIONES (QVAS VVLGO Collectas uocamus) & Hybernæ & æstiuæ partiũ tã de Tempore ꝗ̃ de Sanctis, cũ nõ nullis concluſionũ regulis, ex probatiſſimis diuinoꝝ officiorum codicibus (attẽtis nõ minus Orthographiæ canonibus) ſelectis, ac pro ſacrarũ literarũ tyrunculis ſeorſum æreis excriptę characteribus.

HEXASTICHON, G. A, AD SACRAE PAGINAE TYRVNCVLOS.

Quem pietas: quem caſta fides: quem coelica dona
Sacra beant: ſi mens corpore ſordidior:
Appetis æthereæ donum reparare ſalutis,
Cerberea & fugitas ora graues gemitus.
Hunc opera librum facili diſpone ſalubrem,
Perlege diſpoſitum, dona ſuperna capis.

(Strasburg) Argentinæ 1515
2a Pars Ibidem anno 1500

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD SACRIS INITIANDOS AC ECCLESIAE ORATIONVM CVPIDOS EXHORTAMENTVM.

QVantum ſacrarũ orationum(quas uulgo col
lectas uocant)cognitio pura, Interpretamen
tum huiuſmodi collectarꝫ uerꝫ ac ſuccinctũ
conſtructio hinc debita, freqũes non minus
earundem exercitamentũ, a teneris annis(quibus grãma
tica ſeminanẽ fundamina) id cognitionis orditũ, ac ope
ra nõ caſſa non manca haud iniqu cõtinuatũ, ſacris con
ducant iniciando, teneræ proſint pubi literariæ. humanę
ſorti quid utilitatis & ſalutis afferãt, nemo eſt qui inficia
tur, diuina eccleſiæ doctorum ſcripta teſtimonijs ſcatent
Aſſit exhortatorius Eboracẽſis Cancellarij ſermo, ſacris
iniciando perutilis, adſint paternæ Summi pontificis ad
monitiones, in Lateranẽſis concilij ſeſſione publicatæ ſa
cras ſcolaſticis p̃fectũ lr̃ariũ nefaſtis diebus lectiuncula
ꝑponere mãdauit, ut Pauli apoſtoli epiſtolas(q̃s oratorꝫ
oĩum ſcriptiõibus eloq̃tia, Picus Mirãdula prefereba t)
ſalutifera itẽ euangeliſtarꝫ ſcripta diſcipulis ab ineunte li
teraria cognitione non negligenda. ſacræ inſuper eccle
ſiæ orationes, quæ etſi breuiſſimæ, elegantijs tamen non
nullis refertę, ac ſilentio nunquã(in literaria paleſtra)prę
tereundæ. Quid demum fructus, quidue feruoris diuini

ſuboriatur. hinc impauido, confidenti quodammodo ſa
cris iniciandus animo examini ſe ſubmittat, non Tullij
facũdia, nec plautina eloquentia aut Mineruę uľ Ariſtar
chi(ut aiunt)doctrina(ſcitu tamen digniſſima) non acris
inſuper poeſis a ſacris iniciando exigitur, ſed quæ diuini
ſunt officij ut prophetiæ, lectiones ſacræ, annexis paulo
ante dictis, omnium porro nõ omnibus cognitio extat.
non enim ſinguli Gręco uel Hebręo pollent eloquio, iu
xta illud Maronis dictũ, Non omnia poſſumus omnes,
habeant ergo ſacræ paginæ tyrũculi harum cognitionẽ
orationum, ea que diſcant opera, qua animæ & corporis
fructum aſſequi potuerint.

COLLECTA (Omiſſis uerborꝫ ambagibus)oratio
dicitur, ſuper collectum populũ facta, quæ & ſacra eccle
ſiæ oratio uel oratiuncula dici poteſt, ob uerborum bre
uitatem. Sumptum hoc nomen collecta de leuitico cap̃.
xxij. ubi Scœnophegia, ultimũ feſtorꝫ legaliũ, collecta
dicitur, eo quod in fructuũ collectione fiebat, futurumq́ꝫ
operum noſtrorum collectionem figurabat, cũ dicetur.
Ecce homo & omnia opera eius cum eo.

SECRETA Ideo (ante præfationẽ)dicitur oratio, q̃a
ſecrete a ſacerdote profertur, occultas deſignans chriſti p̃
ces. quas ad ſui ſanctiſſimi corporis conſecrationem, uen
turus ſolus & ſecrete. a cœna nouiſſima, ad paſſionis finẽ
orabat.

Universidad de Deusto Biblioteca

COMPLENDA. ultima diuini ſacrificij oratio, quę
et poſtcōmunio dicit̃, quia g̃rarum actio ꝓ accepto ſacra
mento fundit̃, orat em̃ ſacerdos pro his, qui ad hãc eucha
riſtiæ ſacramenti cōmunionem acceſſerunt,

DE COLLECTARVM INSTI TVTORIBVS,

COLLECTARVM Authores uarij fuere. Nã In
nocentius ſummus pōtifex primus, quattuor ꝓ meſe Sep
tembri collectas edidit, Gelaſius hinc papa (orationum
uarietate motus) tã a ſe quã ab alijs cōpoſitas, in Cōcilio
approbatas, inſtituiſſe fert̃, Con. poſuit & Innocētius Pa
pa tertius hanc, A cunctis nos qm̃s domine mētis & cor
poris &c̃.

DIVVS inſuper Auguſtinus. hanc edidit. Deus qui
uiuorꝫ dominaris ſimul & mortuorꝫ. &c̃. Attamen btũs
Gregorius chriſtianæ pietatis propagator fideliſſimus,
his orationibus limã (ut aiunt) adhibuit, elegantius com
poſuit, terſa dotauit latinitate, ac quicqd ſupflui uel incō
grui uidebat̃, diuino diſſonãs cultui, radicitus extirpauit

SIQVIDEM multum erroris ſacris inicianti, circa ſa
crarum orationum (quas collectas uocamus) concluſio
ſiones incidere poſſit. nōnullas harum concluſionum re
gulas ſubnecti operepreciũ duximus,

PRIMA,

QVOTIES in ſacra eccleſię oratione, ſolius patris
habetur mentio, non filij nec ſpirituſſancti, ut in illa, Pro
tector in te ſperantium deus &c̃. Et in oĩbus (Raymun
do teſte) collectis dominicalibus et ferialibus. Item cum
collectæ ſermo ad totã ſe deflectit trinitatem. Vt ſuſcipe
ſancta trinitas. &c̃. (canonis oratio Et illa diuinum clau
dens officiũ. Placeat tibi ſancta trinitas &c̃. (Etiã tali utan
tur concluſione, Per chriſtum dominum noſtrum, breui
tatis tamen gratia) Omnes inſuper in exequijs collectæ,
unica excepta Fidelium deus omniũ conditor & redem
ptor. &c̃. quę tali gaudet exitu, Qui uiuis & regnas deus
in ſecula ſeculorum amen. Sermo pariter ad patrẽ orãdo
(ut uiuificandi ſpiritum nobis impartiatur) relatus. Vt
oratio in cineris benedictione dicenda, Deus qui humili
atione &c̃. Et illa in fontis benedictione oranda. Omp̃s
ſempiterne deus reſpice, &c̃. Hæ omnes collectæ (pręta
ctis exceptis) tali gaudent cōcluſione, Per dñm noſtrum
Ieſum chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat
in unitate ſpirituſſancti deus. Per omnia ſecula ſeculo
rum. Amen,

SECVNDA.

ORATIONIS Sermo ad patrem deflectẽs, habita
nati in fronte uel collectæ medio mentione, tali cōcluda
tur fine. Per eundem dominum noſtrum Ieſum chriſtũ fi
lium tuũ, qui tecum uiuit & regnat in unitate ſpirituſſan
cti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Exẽplũ. Deus qui de beatæ Mariæ ꝟginis utero. &c̃.
In quacunqꝫ orõne, una clauſularũ ſequentium offendit̃
uerbum. redemptor uel unigenitus (quia filij mentionẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

faciunt pretacta gaudet cõcluſione.

TERTIA.

SERMO Collectæ ad parentem prolatus, in fine filij mentionem faciens ſubinſertur immediatæ. Qui tecũ uiuit & regnat in unitate ſpũſſancti deus, Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen. Sit oratio de diuo prothomartyre Stephano Exemplũ, Omĩpotens ſempiterne deus, qui primicias martyrum &c. Et in illa, Deus qui ſalutis ęterne &c aut cõcludatur tali ſerie. Dñm noſtrũ ieſum chriſtũ filiũ tuũ, qui tecũ uiuit & regnat in unitate ſpirituſſãcti deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Similiter in illa, noſtri ſaluatoris natali orãda. Deus qui nos redẽptiõis &c. pariter in illa Epiphaniæ feſto dicẽnda, Illumina qſ̃s domine &c. Clauditur etiã tali ordine. Ieſus chriſtus dominus noſter, qui tecũ uiuit &c. ut ſupra, Et in illa. Deus q ad æternã &c, quę tercia paſcatis die oratur. Item in Coenæ dñicæ Secreta. Ipſe tibi qſ̃s dñe ſancte omnipotens æterne deus. &c.

QVARTA.

COLLECTAE Sermo ad patrem directus, ſpiritus ſancti mentionẽ faciens, ſic terminet, Per dominum nr̃m ieſum chriſtum filiũ tuũ, qui tecũ uiuit & regnat in unitate eiuſdem ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum amen. Eadem eſt concluſio Primæ regulę niſi hic additur eiuſdem, Exemplum. Deus qui corda fidelium &c In die ſancto Penthecoſtes orãda addit etiam hodierna die &c; Et in illa. Aſſit nobis qſ̃s domine uirtus ſpiritus ſancti, &c Tertia Pentecoſtes feria dicitur.

QVINTA.

COLLECTA Ad patrẽ ſe dirigens, Primũ ſpiritus ſancti, hinc filij mentionem faciens, finis adijciatur talis Qui tecum uiuit & regnat in unitate eiuſdem ſpũſſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorũ amen. Concluſio eſt eadem tertię regulæ, niſi quod apponitur eiuſdem in calce ut, Mentes noſtras qſ̃s dñe paracletus. &c. Et illa. Vre igne ſc̃ti ſpũs &c. Quartæ feriæ penthecoſtes Collecta.

SEXTA.

SACRAE Orationis ſermo ad filiũ prolatus, tali utatur concluſione. Qui uiuis & regnas cum deo patre in unitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorũ amen

Exempla ſubſequuntur. Excita dñe potentiã tuam et ueni &c, Et in pleriſq; alijs dñici aduentus collectis, & in illa. Deus qui uirginalem aulam &c. Omnes illius concluſionis collectæ, gaudent etiam tali fine, Qui cum deo patre & ſpiritu ſancto uiuis. &c.

SEPTIMA.

HABITA Patris mentione in oratione ad natũ relata, his claudatur uerbis. Qui cum eodem patre & ſpiritu ſc̃to uiuis ac regnas deus. Per omĩa ſecula ſeculorũ. amẽ. Vt in illa Canonis oratione. Dñe Ieſu chriſte fili dei &c.

OMNIS enim Oratio ad patrẽ regulariter dirigitur, ac in nati nomine finitur. Nulla tamẽ ad ſpm̃ſanctum deflectitur, cum donum ſit, & a dono non petitur donum, ſed potius a doni largitore, a patre eñ & filio petimus, ad quos collectarum ſermo dirigitur, tanquam ad donatorem, & non a ſpiritu ſancto donum exiſtente.

Universidad de Deusto Biblioteca

OMNIBVS Exorciſmis(ut aiunt)talis adijciatur cõ cluſio. Per eũ qui uenturus eſt iudicare uiuos & mortu os & ſeculum per ignem, Item huiuſmodi oratiõibus nõ preponitur Oremus. alijs tamẽ poteſt omnibus hoc uer bum imperandi modi præponi, non tamen ſingulis, dñs uobiſcum anteponendũ eſſe ſacri indicãt codices,

INDEX VTRIVSQVE DE TEMPORE, PAR tis & Hybernæ & æſtiuæ ac quorundam Sancto rum orationũ, ut de omnibus ſanctis(oratio nes generales) De ſancta Anaſtaſia, De ſancto Stephano prothomartyre, De ſancto Ioanne Euangeli ſta. De ſanctis Innocenti bus. De ſancto Thoma Can tuarienſi, De ſan cto Syluestro papa. De, s, Columba uirgine & martyre De ſancto Hylario, ‹,

PARTIS HYBERNAE INDEX

Dñica prima Aduentus domini folio primo.
De omnibus ſanctis eodẽ.
Dñica. ij. Aduentus eodẽ
Dñica. iij. aduentus eodem
Feria q̃rta q̃tuor tpm fo. ij.
Feria ſexta q̃tuor tpm, eo.
Sabbato quatuor tpm, eo.
Dominica quarta Aduen. domini. folio. ij. &. iij.
In Natalis domini uigilia. folio, iij,
In die ſancto ad primã & ſecundam miſſas, folio. iij.

De ſctã Anaſtaſia uirgĩe & martyre. eodem.
In ſumma natalis dñi Miſſa. folio. iiij.
De. s, Stephão, ptomar. iiij.
De, s. Ioãne Euãge. eodẽ
De, s, Innocẽtibus. eodẽ
De, s. Thoma, cãtu. epõ. iiij
Dñica infra octauã Natiuitatis. fo, v.
De. s. Syluestro papa. eodẽ
De. s. Colũba uirgi. & martyre eodem.
IN octaua dñicæ natiui. eo
In Epiphanię do. uigilia. vi.
In diei ſctẽ miſſa. eodem
Dominica infra Epiphanię octauam, eodem
Quadam priuata poſt feſtũ Epipha. die eodem
In Epiphaniæ dñi octa. eo.
De. s, Hylario cõfeſ. & pontificẽ. vi
Dñica prima poſt octa. Epiphaniæ vij
Dñica ſecunda eodẽ
Dñica tertia. eodem
Dñica ĩ Septuageſima. eo.
Dñica in ſexageſima. eodẽ
Dñica ĩ Quĩquage. viij.
Feria quarta in capite ieiunij orones ad bñdictionẽ cinerum & miſſam eo.
Feria quinta eodem
Feria ſexta fo. ix
Sabbato. eodem
Dñica in q̃drageſima eodẽ
Feria ſecũda eodem
Feria tertia eodẽ
Feria quarta q̃tuor tpm. x.
Feria quinta eodem.
Feria Sexta
q̃ttuor tpm. x.
Sabbato
Dñica reminiſcere xi.
Feria ſecunda eodem.
Feria tertia eodem
Feria quarta. eodem
Feria quinta. fo. xij.
Feria ſexta eodem
Sabbato eodem
Dominica tertia Oculi. eo.
Feria ſecũda. fo. xiij.
Feria tertia. eodem.
Feria quarta. eodem
Feria quinta. eodem
Feria Sexta fo. xiiij
Sabbato eodem
Dñica ĩ medio q̃drage. eo,
Feria Secunda eodem.
Feria tertia fo. xv.
Feria quarta eodem.
Feria quinta eodem
Feria Sexta. eodem

Universidad de Deusto Biblioteca

INDEX DE TEMPORE.

Sabbato fo.xv.&xvi
Dominica in paſſiõe. xvi.
Feria ſecunda. eodem
Feria tertia eodem.
Feria quarta eo.
Feria quinta xvij.
Eeria ſexta eodem
Sabbato, eodem
Dominica palmarũ xviij
Feria ſecunda eodem
Feria tertia eodem
Feria quarta eodem
Feria qnta in cœna dñi xix
Feria Sexta paraſceues orationes plures eodem

Partis Hybernæ Index de tempore ac nõnullis ſanctorũ Feſtiuitatibus finit.

PARTIS AESTIVAE de Tẽpore, ac quibuſdam alijs Sctõꝝ orõnibꝰ Index.

Sabbato ſctõ paſcę fo.xxi
In die ſancto paſchę eodẽ
Feria ſecunda eodem
Feria tertia fo.xxij
Feria quarta. eodẽ
Feria quinta. eodem
Feria ſexta eodem
Sabbato eodem
In octaua paſchę. eodem
de lãcea & clauis chrĩ xxiij
Dñica prima poſt octa. paſchę eodem
De reſurrectiõe orões. eo.
Dñica ſecũda poſt octauas Paſchæ. eodem.
Dominica tercia fo.xxiiij
Dñica quarta eodem
Feria ſecũda de letania. eo.
In aſcẽſionis dñi uigilia eo.
In aſcẽſiõis dñicę feſto. eo.
Dñica poſt aſcẽſio. do. ini feſtum. fo.xxv.
In pẽthecoſtes uigilia eodẽ
In die ſancto ad miſſã. eodẽ
Feria ſecunda. eodem
Feria tertia fo.xxvi
Feria quarta eodem
Feria quinta, eodem
Feria Sexta eodem
Sabbato qtuor tpm. xxvij
De ſctiſſima trinitate eodẽ
De corpore dñico eodem
Dñica prima poſt octa. pẽthecoſtes. fo.xxviij
Dominica ſecũda eodẽ
Dñica tertia eodem.
Dñica quarta fo,xxviij
Dominica quinta eodem

INDEX DE TEMPORE,

Dñica ſexta xxix
Dñica ſeptima eodem
Dñica octaua eodem
Dñica nona eodem
Dñica decima eodem
Dñica undecima xxx
Dñica duodecima eodẽ
Dñica decimatertia eodẽ
Dñica decimaqrta eodẽ
Dñica decimaquinta, xxxi
Dñica decimaſexta eo,
Dñica decimaſeptima, eo.
Feria qrta qtuor tpm eodẽ
Feria ſexta eodem
Sabbato qtuor tpm. xxxij
Dñica. xviij fo. eodem
Dñica decima nona eo.
Dñica uiceſima xxxiij
Dñica uiceſimaprima. eo.
Dñica xxij. fo. eodẽ
Dñica. xxiij. eodem
Dñica uiceſima qrta. eodẽ
Dñica uiceſimaqnta eodẽ
Generales oratiões per ſeptimanam, Fo, xxxiiij
Dñica die de. s. trinitate. eo
De. b. Maria ꝟgine, eodẽ
Feria ſecũda de ſapiẽtia eo.
Orões eiuſdẽ diei cões eo.
Feria. iij. de ſpũſctõ xxxv,
Orões cões huius diei. eo.
Quarta feria de Angel' eo.
Pro oĩ gradu eccl'ię. xxxv.
Feria. v. de charitate xxxvi
Orões diei eiuſdẽ cões eo.
Sexta feria de, s. Cruce. eo,
Orões huius diei cões. eo.
Sabbato de. b. Maria uirgine. folio. xxxvij.
pro uiuorꝝ ſalute orões eo.
Pro ſemetpſo orões. eo.
Pro peccatis orões xxxviij
Pro tribulatione. eodem.
Contra ĩmundas cogitationes. eodem
Pro pace. xxxix.
Pro iter facientibus eodẽ
Pro pluuia poſtulanda. eo.
Pro ſerenitate fol. xl.
Tpe mortalitatis orões eo.
Pro Papa uel Epiſcopo eo.
In Preſentatione. b. Mariæ uirginis.
Has tres orões qre in pte ſequẽti de Sãctis folio. l.
In Apoſtolorũ diuiſione
Pro cũcto poplo Catholi.
Pro concordia.

PARTIS AESTIVE INDEX DE TEMpore ac nonnullis Sanctorum feſtiuitatibus finitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Audit deus omnia, preſtat
Optima. mortales audent orare quod optant.
Quod ſuperi laudant, qd ſi mortalia linguis
Ora uenenatis carpant: ſub iudice cœlo
Viuendum, demens quiſquis mutabile uulgi
Viuit ad arbitrium, nobis concordia Diuum
Sola ſat eſt. Idem in eodem libro.
Ingratitudo uicium maximum
Nil magis auertit cœlum a telluris amore
Quã ſcelus ingratę mentis, q̃ corde maligno
Muneris authorẽ nullo dignatur honore.

SEQVVNTVR SACRAE ECCLESIAE. ORATIONES (QVAS COLLECTAS VVLGO VOCAMVS) PER TOTIVS ANNI VOLVTIONEM DE TEMPORE, ET SANCTORVM QVORVNDAM FESTIVITATIBVS.

PARS HYEMALIS PRIMA.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS DOMINI ORATIO.

EXCITA QVAESVMVS DOMINE potentiã tuam & ueni, ut ab imminẽtibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante ſaluari. Qui cum deo patre & ſpirituſancto uiuis ac regnas deus, in ſecula ſeculorum, Amen.

SECRETA.

Hæc ſacra nos domine, potenti uirtute mundatos, ad ſuum faciãt puriores uenire principium. Per dominum. noſtrum Ieſum chriſtum filium. &c.

COMPLENDA.

Suſcipiamus domine miſericordiam tuã in medio tẽpli tui, & reparationis noſtræ uentura ſolẽnia congruis honoribus præcedamus. Per.

DE OMNIBVS SANCTIS. ORATIO.

Conſcientias noſtras q̃ſ dñe uiſitãdo purifica, ut ue

Universidad de Deusto Biblioteca

niens filius tuus dñs noſter cũ omnibus ſanctis ſuis, paratam ſibi in nobis inueniat manſionem, Ieſus chriſtus dominus noſter. Qui tecum. SECRETA.

Pręcinge qm̃s dñe lũbos mentis noſtræ diuina tua potẽter ꝟtute, ut ueniente dño noſtro ieſu chriſto filio tuo cũ oĩbus ſanctis, digni inueniamur æternæ uitę cõuiuio & uota cœleſtiũ dignitatũ ab ipſo percipere mereamur. Qui tecum &c. COMPLENDA.

Exultemus qm̃s dñe deus noſter, in unitate fidei congregati omnes recti corde, ut ueniẽte ſaluatore noſtro filio tuo cum omnibus ſanctis, immaculati occurramus illi in eius ſanctorum comitatu. Qui tecum.

DOMINICA SECVNDA Aduentus. Oratio.

Excita qm̃s dñe corda noſtra ad preparandas unigeniti tui uias, ut per eius aduentũ, purificatis tibi mentibus ſeruire mereamur. Qui tecum. SECREEA.

Placare qm̃s dñe humilitatis nr̃æ precibus & hoſtijs & ubi nulla ſuppetunt ſuffragia meritorum, tuis nobis ſuccurre preſidijs. Per. COMPLENDA

Repleti cibo ſpiritalis alimoniæ, ſupplices te dñe dep̃camur, ut huius participatione myſterij, doceas nos terrena deſpicere, & amare cœleſtia. Per.

DOMINICA TERTIA ORATIO.

Aurem tuam quæſumus dñe precibus noſtris accommoda, & mentis noſtræ tenebras, gratia tuæ uiſitationis illuſtra. Qui cum deo patre &c.

SECRETA.

Deuotiõis noſtræ tibi qm̃s dñe hoſtia iugiter immoletur, quæ & ſacri peragat inſtituta myſterij, & ſalutare tuum in nobis mirabiliter operetur. Per.

COMPLENDA.

Imploramus dñe clementiã tuam, ut hæc diuina ſubſidia a uicijs expiatos, ad feſta uentura nos preparent. Per.

Feria Quarta Quattuor temporũ. ORATIO.

Preſta qm̃s omnipotẽs deus, ut redẽptionis noſtrę uẽtura ſolẽnitas, & p̃ſentis nobis uitæ ſubſidia conferat, & æternę beatitudinis premia largiatur. Per. Orõ.

Feſtina qm̃s dñe ne tardaueris, & auxiliũ nobis ſupernę uirtutis impende, ut aduẽtus tuis cõſolatiõibus ſubleuentur, qui in tua pietate confidunt, Qui cũ deo patre.

SECRETA.

Accepta tibi ſint dñe qm̃s nr̃a ieiunia, quę & expiãdo nos tua gr̃a dignos efficiant, & ad ſempiterna ꝓmiſſa perducant, Per COMPLENDA.

Salutaris tui dñe munere ſatiati, ſupplices deprecamur ut cuius letamur guſtu, renouemur effectu. Per dñm.

FERIA SEXTA. ORATIO.

Excita qm̃s dñe potentiã tuã & ueni, ut hi q in tua pietate confidũt, ab omni citius aduerſitate liberent̃. Qui cũ patre. &c. SECRETA.

Muneribus nr̃is qm̃s dñe p̃cibuſq; ſuſceptis, & cœleſtibus nos munda myſterijs, & clemẽter exaudi. p. Cõple.

Tui nos dñe ſacramẽti libatio ſctã reſtauret, & a uetuſtate purgatos, ĩ myſterij ſalutaris faciat trãſire cõſortiũ. p.

Universidad de Deusto Biblioteca

SABBATO QVATTVOR TEMPORVM

ORATIO

Deus qui conſpicis, quia ex noſtra prauitate affligimur, concede ꝓpicius, ut ex tua uiſitatione conſolemur. Qui cum deo patre, Oratio.

Concede qm̃s omnipotẽs deus, ut qui ſub pc̃ti iugo ex uetuſta ſeruitute deprimimur, expectata unigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Per eundẽ, Or̃o.

Indignos nos qm̃s dñe famulos tuos quos actionis propriæ culpa contriſtat unigeniti filij tui aduentu letifica. Qui tecũ. ORATIO.

Preſta qm̃s om̃ps deus ut filij tui uentura ſolẽnitas, & p̃ſentis nobis uitę remedia cõferat & premia eterna concedat. Per eundem, Oratio.

Preces populi tui qm̃s dñe clemẽter exaudi ut qui iuſte ꝓ peccatis noſtris affligimur pietatis tue uiſitatione cõſolemur. Qui cum deo patre. ORATIO.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flãmas igniũ, concede propicius, ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum. Per. SECRETA.

Sacrificijs preſentibus dñe placatus intẽde, ut & deuotioni noſtræ proficiant & ſaluti. Per dñm.

COMPLENDA.

Qm̃s dñe deus noſter, ut ſacroſctã myſteria, quæ pro reparationis nr̃æ munimine contuliſti, & preſens nobis remedium eſſe faciat, & futurum, Per dñm &c̃.

DOMINICA Quarta. ORATIO.

Excita dñe potentiã tuã & ueni, & magna nobis ꝟtute ſuccurre, ut per auxiliũ gratiæ tuæ, qđ noſtra pc̃tã prępediũt, indulgentia tuæ propiciationis acceleret. Qui cũ deo patre. SECRETA.

Sacrificijs p̃ntibus dñe placatus intende, ut et deuotioni noſtrę proficiant et ſaluti. ꝑ dñm. COMPLENDA.

Sumptis muneribus dñe qm̃s, ut cũ frequẽtatione myſterij creſcat noſtræ ſalutis effectus. Per.

IN DOMINICI NATALIS VIGILIA.

ORATIO.

Deus qui nos redẽptionis nr̃æ annua expectatiõe lætificas. Pręſta, ut unigenitũ tuũ, quẽ redemptorẽ lęti ſuſcipimus, uenientem quoqꝫ iudicem ſecuri uideamus. Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filiũ tuũ. Qui tecũ &c̃.

SECRETA.

Da nobis qm̃s om̃ps deus, ut ſicut adoranda filij natalicia pręuenimus, ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes. Qui tecum uiuit. COMPLENDA.

Da nobis qm̃s dñe unigeniti filij tui recẽſita nouitate reſpirare, cuius cœleſti myſterio paſcimur & potamur Qui tecum uiuit & regnat deus, per oĩa ſecula ſeculorũ.

IN DIĘ SANCTO, AD PRIMAM miſſam. ORATIO,

Deus qui hanc ſacratiſſimã noctem ueri luminis feciſti. illuſtratione clareſcere, da qm̃s, ut cuius lucis myſteria in terra cognouimus, eius quoqꝫ gaudijs in cœlo perfruamur. Qui tecum uiuit, &c̃.

Universidad de Deusto Biblioteca

SECRETA.

Accepta tibi ſit dñe qm̄s hodiernæ feſtiuitatis oblatio ut tua gratia largiente, ꝑ hæc ſacroſctã cõmercia, in illius inueniamur forma, in q̃ tecũ eſt nr̃a ſubſtãtia, in unigenito tuo dño nr̃o. Qui tecũ. COMPLENDA.

Da nobis quæſumus dñe deus noſter, ut q̃ natiuitatẽ domini noſtri ieſu criſti myſterijs nos frequẽtare gaudemus dignis conuerſationibus ad eius mereamur peruenire conſortiũ. Qui tecũ. &c̃,

AD SECVNDAM MISSAM Sub diluculo.

ORATIO.

Da qm̄s omp̄s deus, ut q̃ noua incarnati uerbi tui luce ꝑfundimur, hoc in nr̃o reſplẽdeat opere, qđ ꝑ fidẽ fulget in mente, Per eundem. SECRETA.

Munera nr̃a qm̄s dñe natiuitatis hodiernæ, myſterijs apta ꝑueniant, ut ſicut homo genitus idẽ refulſit deus, ſic nobis hæc terrena ſubſtantia cõferat qđ diuinũ eſt. ꝑ eundem, COMPLENDA.

Huius nos dñe ſacramenti ſemꝑ nouitas natalis inſtauret, cuius natiuitas ſingularis humanã repulit uetuſtatẽ, Per eundem. Orõ de ſctã Anaſtaſia,

Da qm̄s omp̄s deus, ut q̃ btẽ Anaſtaſiæ martyris tuæ natalicia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. per.

SECRETA.

Accip[e] qm̄s dñe munera dignãter oblata, & btẽ Anaſtaſiæ ſuffragantibus me[ri]tis, ad nr̃æ ſalutis auxilium ꝑuenire concede. Per.

COMPLENDA.

Satiaſti dñe familiã tuã muneribus ſacris, eius qm̄s ſp̃ interuẽtione nos refoue, cuius ſolẽnia celebramus. Per.

IN SVMMA MISSA Oratio,

Concede qm̄s omp̄s deus, ut nos unigeniti tui noua ꝑ carnẽ natiuitas liberet, q̃s ſub peccati iugo uetuſta ſeruitus tenet. Per eundem.

SECRETA.

Oblata dñe munera noua unigeniti tui natiuitate ſcti fica, noſq; a pctõꝝ nr̃oꝝ maculis emũda. Per eundem.

OCMPLENDA.

Preſta qm̄s oĩpotẽs deus, ut natus hodie ſaluator mundi ſicut diuinæ nobis gñrationis eſt auctor, ita & immorlitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum,

IN NATIVITATE SANCTI STEphani protomartyris. ORATIO.

Da nobis qm̄s dñe imitari qđ colimus, ut diſcamus & inimicos diligere, quia eius natalicia celebramus, qui nouit etiã ꝑ perſecutoribus exorare Dominum nr̃m ieſum chriſtum, SECRETA.

Suſcipe domine munera pro tuorum cõmemoratione ſanctorũ, ut quod illos paſſio glorioſos fecit, nos deuotio reddat innocuos. Per dominum,

COMPLENDA.

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria, & intercedente beato Stephano martyre tuo, ſempiterna protectione confirment. Per.

Universidad de Deusto Biblioteca

IN NATIVITATE SANCTI IOAN nis Apoſtoli & Euangeliſtæ. Oratio.

Eccleſiam tuã q̃ms dñe benignus illuſtra, ut beati Ioannis apoſtoli tui & euãgeliſtæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat ſempiterna. Per dñm. SECRETA.

Suſcipe munera dñe, quæ in eius ſolẽnitate deferimus cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per.

COMPLENDA.

Refecti cibo potuq; cœleſti, deus noſter, te ſupplices deprecamur, ut in cuius hæc cõmemoratione p̃cepimus eius muniamur & precibus. Per.

IN NATIVITATE SANCTORVM Innocentum Oratio.

Deus cuius hodierna die p̃conium innocentes martyres non loquẽdo ſed moriendo cõfeſſi ſunt, omnia in nobis uiciorũ mala mortifica, ut fidẽ tuã, quã lingua noſtra loquitur, etiã moribus uita fateatur. dominũ nr̃m.

SECRETA.

Sanctorũ tuorꝫ nobis dñe pia nõ deſit orõ, quæ & munera nr̃a cõciliet, & tuã nobis indulgẽtiã ſemp̃ obtineat Per dominum. COMPLENDA,

Votiua dñe dona percepimus, quæ ſanctorꝫ tuorꝫ nobis precibus, & p̃ntis q̃ms uitæ pariter. & æternæ tribue conferre ſubſidium, Per.

DE SANCTO THOMA CANTVAIEN SI EPISCOPO. Oratio.

Deus pro cuius eccleſia glorioſus martyr & pontifex

Thomas gladijs impiorꝫ occubuit, cõcede propicius, ut omnes qui eius implorãt auxiliũ, petitiõis ſuæ celerẽ cõſequantur effectũ. Per. SECRETA.

Munera tibi dñe dicata ſctifica, & intercedẽte btõ Thoma martyre tuo atq; põtifice, per eadem nos placatus intende. Per. COMPLENDA.

Adiuuet nos quæſumus omnipotens & miſericors deus, p̃ hæc tua ſctã quæ ſumpſimus, beati Thomæ martyris tui atq; põtificis interceſſio ueneranda, qui p̃ tui nominis honore gl'ioſo meruit coronari martyrio. Per.

DOMINICA INFRA OCTAVAM. Natiuitatis domini. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deus, dirige actus noſtros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abũdare. Qui tecum uiuit.

SECRETA.

Concede q̃ms dñe, ut oculis tue maieſtatis munus oblatum, & gratiã nobis deuotionis obtineat, & effectum beatæ perennitatis acquirat. Per.

COMPLENDA.

Per huius dñe operationẽ myſterij, & uicia nr̃a purgentur, & iuſta deſideria cõpleantur. Per dñm.

De SANCTO SILueſtro Papa. Oratio.

Da q̃ms oĩpotẽs deus, ut beati Silueſtri confeſſoris tui atq; pontificis uenerãda ſolẽnitas, & deuotionem nobis augeat et ſalutem. Per. SECRETA.

Sancti tui nos q̃ms dñe ubiq; lętificent, & adiuuẽt, ut

Universidad de Deusto Biblioteca

dum coꝝ merita recolimus patrocinia ſentiamus. Per.

COMPLENDA.

Pſ̃a qm̃s oĩpotens deus, ut de ꝑceptis muneribus gratias exhibentes, bñficia potiora ſumamus. Per.

DE SANCTA COLVMBA VIRGINE & martyre. ORATIO.

Deus qui btẽ Colũbæ miſſo celitus imbre circũ ſe uenĩetes extinguere dignatus es flãmas, preſta qm̃s, ut eius obtentu ignem a ſerpentis iaculo infuſum, nobis rore miſerationis extinguas. Per. SECRETA.

Hoſtias tibi dñe beatæ Colũbæ martyris tuæ meritis dicatas benignus aſſume, et ad perpetuũ nobis tribue ꝑuenire ſubſidiũ. Per. COMPLENDA.

Diuini muneris largitate ſatiati, qm̃s dñe deus noſter, ut intercedẽte btã Colũba martyre tua, in huius ſemper participatione uiuamus. Per.

IN OCTAVA NATIuitatis dñi. Oratio

Deus qui nobis nati ſaluatoris diẽ celebrare concedis octauũ, fac nos qm̃s eius ꝑpetua diuinitate muniri, cuius ſumus carnali cõmertio reparati. Qui tecum.

SECRETA.

Preſta qm̃s dñe ut per hæc munera, quę dñi noſtri ieſu chriſti arcanæ natiuitatis myſterio gerimus, purificatæ mentis intelligentia conſequamur Cõplenda.

Preſta qm̃s dñe, ut qđ ſaluatoris noſtri iterata ſolẽnitate percepimus, perpetuæ nobis redẽptionis conferat medicinam. Per.

IN VIGILIA EPIPHANIAE DOMINI. Oro.

Corda nr̃a qm̃s dñe uenturæ feſtiuitatis ſplendor illuſtret, quo mũdi huius tenebris carere ualeamus, & peruenire ad patriã claritatis æternæ. per. SECRETA.

Tribue qm̃s dñe, ut eũ pręſentibus immolemus ſacrificijs & ſumamus, quem uēturę ſolẽnitatis pia munera ꝓloquũtur. Dominũ noſtrũ COMPLENDA.

Illumina qm̃s dñe populũ tuũ, & ſplẽdore glĩe tuæ cor eius ſemꝑ accende, ut ſaluatorẽ ſuũ indeſinẽter agnoſcat & ueraciter apprehendat. Per eundem.

IN DIE SANCTO. ORATIO.

Deus qui hodierna die unigenitũ tuũ gentibus, ſtella duce reuelaſti, concede ꝓpicius, ut q iã te ex fide cognouimus, uſqꝫ ad contemplandũ ſpeciẽ tuæ celſitudinis perducamur. Per eundem. SECRETA

Eccl̃ię tuę qm̃s dñe dona ꝓpicius intuere, qbus nõ iam aurũ, thus & mirrha ꝓfert, ſed qđ iſdẽ muneribus declarat, ĩmolatur & ſumit, Dñs nr̃ ieſus chr̃s filius tuus. Qui tecũ. &c. COMPLENDA.

Pr̃a qm̃s oṗs deus, ut quæ ſolenni celebramus officio, purificatæ mẽtis intelligẽtia cõſequamur. Per dominũ.

DOMINICA infra Octauã Epiphaniæ. Oratio.

Vota qm̃s dñe ſupplicantis populi cœleſti pietate proſequere, ut & quę agenda ſint uideãt, & adimplẽda quæ uiderint conualeſcãt. Per. SECRETA.

Oblatũ tibi dñe ſacrificiũ uiuificet nos ſemper, et muniat. Per. COMPLENDA.

Supplices te rogamus oı̄potens deus, ut q̄s tuis reficis ſacramentis, tibi etiā placitis moribus dignāter deſeruire concedas. Per.

SEQVENTI DIE PRIVATA POST FE ſtum Epiphaniæ. ORATIO.

Deus qui unigenitū tuū ſancti ſpūs ſuꝑuentu declaraſti, da nobis qm̄s, ut quē trinū cōfitemur & unū, ſemper mereamur habere placatum. Per oı̄a ſecula ſeculorum.

SECRETA.

Eccl'iæ tuæ qm̄s dn̄e dona ꝓpicius intuere, q̄bus. &c. ut in die ſancto, Sil'r & Cōplenda eadem eſt.

IN OCTAVA EPIPHANIAE DOMINI ORATIO.

Deus cuius unigenitus in ſubſtātia nr̄æ carnis apparuit, pr̄a qm̄s, ut per eū quē ſimilē nobis foris agnouimus intus reformari mereamur. Qui tecum.

SECRETA.

Hoſtias tibi dn̄e pro nati filij tui apparitiōe deferimus ſuppliciter exorātes, ut ſicut ipſe noſtroꝝ auctor eſt munerū, ita ipſe ſit miſericors & ſuſceptor, ieſus chriſtus dominus noſter. COMPLENDA.

Cœleſti lumine qm̄s dn̄e nos ſemper & ubiq; præueni, ut myſteriū cuius nos participes eſſe uoluiſti, & puro cernamus intuitu, & digno percipiamus effectu. Per.

DE. S. HILARIO. ORATIO.

Da quæſumus oı̄potēs deus, ut ſicut btūs Hilarius cōfeſſor, & pōtifex, donis tuis extitit gl'ioſus, ita apud te ꝓ nobis interuentor exiſtat idoneus. Per. SECRETA

Hoſtias tibi domine ꝓ cōmemoratiōe ſcti Hilarij cōfeſſoris ſui atq; pontificis offerrimus, ſuppliciter exorantes, ut ſicut illi prebuiſti ſacrę fidei largitatem, ſic nobis indulgentiā largiaris & pacem. Per. COMPLENDA.

Sanctificet nos qm̄s dn̄e, tui ꝑceptio ſacramenti, & interceſſio ſancti Hilarij nos tibi reddat acceptos. ꝑ do.

DOMINICA PRIMA POST OCTAVAM Epiphaniæ. ORATIO

Omnipotēs ſempiterne deus, qui cœleſtia ſimul & terrena moderaris, ſupplicatiōes populi tui clementer exaudi, & pacē tuā noſtris cōcede temporibus. Per dominū.

SECRETA.

Oblata dn̄e munera ſanctifica noſq; a pctōꝝ noſtrorum maculis emunda. Per. COMPLENDA.

Augeat̄ in nobis qm̄s dn̄e tuæ uirtutis oꝑatio, ut diuinis uegetati ſacramentis, ad eoꝝ promiſſa capienda tuo munere præparemur. Per.

DOMINICA SECVNDA. ORATIO.

Oı̄potēs ſempiterne deus, infirmitatē noſtrā ꝓpicius reſpice, atq; ad protegendū nos dexteram tuæ maieſtatis extende. Per. SECRETA.

Hæc hoſtia qm̄s dn̄e, nr̄a emūdet delicta, & ad ſacrificiū celebrandū, ſubditoꝝ tibi corpora menteſq; ſctificet. ꝑ.

COMPLENDA.

Quos tantis domine largiris uti myſterijs, quęſumus ut effectibus nos eorū ueraciter aptare digneris. Per.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

DOMINICA TERTIA. ORATIO.

Deus q̄ nos in tantis periculis cōſtitutos, pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere, da nobis ſalutem mentis & corporis, ut ea quæ pro pc̄tis nr̄is patimur, te adiuuante uincamus. Per. SECRETA.

Concede q̄s oīpotēs deus, ut huius ſacrificij munus oblatū, fragilitatē nr̄am, ab omni malo purget ſemper & muniat. Per. COMPLENDA.

Munera tua deus nos a delectationibus terrenis expediant, & cœleſtibus ſemp̄ inſtruant alimentis. Per.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA. Oratio.

Preces populi tui q̄s dn̄e clemēter exaudi, ut q̄ iuſte pro pc̄tis nr̄is affligimur, ꝑ tui nominis glı̄a misericorditer liberemur. Per dn̄m. SECRETA.

Muneribus nr̄is q̄s dn̄e precibuſq; ſuſceptis, & cœleſtibus nos mūda myſterijs & clemēter exaudi. Per.

COMPLENDA.

Fideles tui deus ꝑ tua dona firmentur, ut eadē & percipiendo requirāt, & querēdo ſine fine percipiant. Per.

DOMINICA IN SEXAGESIMA. Oratio.

Deus q cōſpicis q̄a ex nulla nr̄a actione confidimus, cōcede propicius, ut contra aduerſa oīa doctoris gentiū protectione muniamur. Per. SECRETA.

Oblatū tibi dn̄e ſacrificiū uiuificet nos ſemper & muniat. Per. COMPLENDA.

Supplices te rogamus oīpotens deus, ut q̄s tuis reficis ſacramētis, tibi etiam placitis moribus dignanter deſerui

re concedas. Per.

DOMINICA IN Quinquageſima Oratio.

Preces nr̄as q̄s dn̄e clemēter exaudi, atq; a pc̄tor̄ noſtror̄ uīculis abſolutos, ab oī nos aduerſitate cuſtodi. ꝑ.

SECRETA.

Hæc hoſtia dn̄e q̄s emūdet nr̄a delicta, & ſacrificiū celebrandū ſubditor̄ tibi corpora menteſq; ſanctificet. Per dominum. COMPLENDA

Quæſumus oīpotens deus, ut q̄ cœleſtia alimenta percepimus, per hec cōtra oīa aduerſa muniamur. Per.

FERIA QVARTA In Capite Ieiunij, ad bn̄dictione cinerum. Oratio.

Omps ſempiterne deus, parce metuētibus, ꝓpiciare ſupplicibus, & mittere dignare ſct̄m angelū tuū de cœlis q̄ bn̄ ✠ dicat, & ſan ✠ ctificet cineres iſtos, ut ſint remediū ſalubre, oībus nomē ſanctū tuū humiliter implorantibus ac ſemetipſos pro cōſcientia delictorum ſuor̄ accuſantibus, atq; ante cōſpectū diuinę clemētię tuę, facinora ſua deplorantibus, uel ſereniſſimā tuā pietatē ſuppliciter obnixeq; flagitātibus pr̄a ꝑ iuocationē ſct̄iſſimi noīs tui, ut q̄cūq; eos ſup̄ ſe ſparſerit, ꝓ redēptiōe et remiſſiōe pc̄torū, corp̄is ſanitatē, & aīę tutelā ꝑcipiāt. ꝑ. ORATIO.

Deus qui humiliatiōe flecteris, & ſatiſfactiōe placaris aurē tuę pietatis inclina p̄cibus nr̄is, & capitibus ſeruor̄ tuor̄, hor̄ ciner̄ infuſiōe, attactis effūde, ꝓpicius grām tuę bene ✠ dictionis, & eos ſpiritu compunctionis re

Universidad de Deusto
Biblioteca

pleas, & quæ iuſte poſtulauerint, efficaciter tribuas, & cōceſſa ꝑpetua ſtabilitate manere intactos decernas. ꝑ.

ORATIO.

Concede nobis q̄ms oīpotens deus, ꝑſidia chriſtianæ militiæ, ſacris inchoare ieiunijs, ut cōtra ſpiritales nequitias pugnaturi, cōtinentiæ muniamur auxilijs. Per.

ORATIO AD MISSAM.

Preſta dn̄e fidelibus tuis, ut ieiuniorū uenerāda ſolennia, & cōgrua pietate ſuſcipiāt, & ſecura deuotione percurrant. Per.

SECRETA.

Fac nos q̄ms dn̄e his muneribus offerēdis conuenienter aptari, qbus ipſius uenerabilis ſacramēti celebremus exordium. Per.

COMPLENDA.

Percepta nobis dn̄e prebeāt ſacramēta ſubſidiū, ut & tibi grata ſint nr̄a ieiunia, & nobis ꝓficiant ad medelā. ꝑ.

SVPER POPVLVM ORATIO.

Inclinantes ſe dn̄e maieſtati tuæ propiciatus intende, ut qui diuino munere ſunt refecti cœleſtibus ſemper nutriantur auxilijs. Per.

FERIA QVINTA ORATIO.

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, p̄ces populi tui ſupplicantis propicius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro pctis nr̄is meremur, auerte. Per.

SECRETA.

Sacrificijs p̄ntibus q̄ms dn̄e placatus intende, ut & deuotioni noſtræ ꝓficiant, & ſaluti. Per.

COMPLENDA.

Cœleſtis doni benedictione ꝑcepta ſupplices te deus oīpotens dep̄camur, ut hoc idē nobis & ſacramēti ſit cauſa, & ſalutis. per.

Super populum. Oratio.

Parce dn̄e parce populo tuo, ut dignis flagellatiōibus caſtigatus, in tua miſeratiōe reſpiret. Per.

FERIA SEXTA. ORATIO.

Inchoata ieiunia q̄ms dn̄e benigno fauore proſequere, ut obſeruantiā quā corporaliter exhibemus, mētibus etiā ſinceris exercere ualeamus. Per.

SECRETA.

Sacrificiū dn̄e obſeruātiæ quadrageſimalis offerimus pr̄a q̄ms, ut tibi & mētes nr̄as reddat acceptas, & continētiæ promptioris nobis tribuat facultatem. Per.

COMPLENDA.

Spiritū nobis dn̄e tuæ charitatis infunde, ut q̄s uno cœleſti pane ſatiaſti, tua facias pietate concordes. Per eiuſdē

SVPER POPVLVM. ORATIO.

Tuere dn̄e populū tuū & ab oībus pctis clemenť emūda, q̄a nulla ei nocebit aduerſitas, ſi nulla dn̄eť iniquitas Per dn̄m.

SABBATO ORATIO.

Preces nr̄as q̄ms domine clemēter exaudi, atq; a pctōrū nr̄orū uincul' abſolutos, ab oī nos aduerſitate cuſtodi. ꝑ.

Secretam & Complendā ſilr̄ or̄onem habes in Dn̄ica Septuageſimæ. Or̄o ſup̄ populū.

Tuere dn̄e populum tuū. &c. ut ſupra.

DOMINICA IN Quadrageſima. Oratio.

Deus qui eccl'iam tuā annua quadrageſimali obſerua

Universidad de Deusto Biblioteca

tione purificas, pr̄a familię tuæ, ut qđ a te obtinere abſti
nendo nititur, hoc bonis operibus exequatur. Per.

SECRETA

Sacrificiū quadrageſimalis initij ſolēniter imolamus, te dñe deprecantes, ut cū epulaꝝ reſtrictiōe carnalium, a noxijs quoqꝫ uoluptatibus temperemur. Per.

COMPLENDA.

Tui nos dñe ſacramēti libatio ſancta reſtauret, & a uetuſtate purgatos, in myſterij ſalutaris faciat trāſire cōſortiū. Per d.n.

FERIA SECVNDA ORATIO.

Conuerte nos deus ſalutaris noſter, & ut nobis ieiuniū quadrageſimale proficiat, mentes nr̄as cœleſtibus inſtrue diſciplinis. Per.

SECRETA.

Munera noſtra dñe oblata ſanctifica, noſqꝫ a peccatorum nr̄oꝝ maculis emūda.

COMPLENDA.

Salutaris tui dñe munere ſatiati, ſupplices exoramus ut cuius letamur guſtu, renouemur effectu. Per dñm.

SVPER POPVLVM. ORATIO.

Abſolue qſ̄s dñe noſtroꝝ uincula pctōꝝ, & quicqd pro eis meremur propiciatus auerte. Per.

FERIA TERTIA. ORATIO.

Reſpice dñe familiā tuā & pręſta, ut apud te mēs nr̄a, tuo deſiderio fulgeat, quæ ſe carnis maceratione caſtigat Per.

SECRETA.

Oblatis domine quęſumus placare muneribus, & a cunctis nos defende periculis. Per,

COMPLENDA.

Quęſumus oīpotēs deus, ut illius ſalutaris capiamus effectum, cuius per hæc myſteria pignus accepimus. p.

SVPER POPVLVM. ORATIO.

Aſcendant ad te domine preces nr̄æ, & ab eccleſia tua cunctam repelle nequiciam. per,

FERIA QVARTA Quattuor temporum. ORATIO.

Preces noſtras qſ̄s dñe clemēter exaudi, & cōtra cuncta nobis aduerſantia dexterā tuæ maieſtatis extende. p.

ORATIO.

Deuotionē populi tui qſ̄s domine benignus intende. ut qui per abſtinentiā macerantur in corpore, per fructū boni operis reficiantur in mente. per.

SECRETA.

Hoſtias tibi dñe placatiōis offerimus, ut & delicta nr̄a miſeratus abſoluas, & nutantia cordis tu dirigas. p.

COMPLENDA.

Tui dñe ꝑceptione ſacramēti, & a noſtris mundemur occultis, & ab hoſtiū liberemur inſidijs. Per dominū.

SVPER POPVLVM Oratio.

Mentes nr̄as qſ̄s dñe lumine tuæ claritatis illuſtra, ut uidere poſſimus quæ agēda ſunt, & quæ recta ſunt agere ualeamus.

FERIA QVINTA ORATIO.

Deuotionē populi tui &c. vide ſecundam orationem quartæ feriæ quattuor temporum.

SECRETA.

Sacrificia qſ̄s dñe ꝓpicius iſta nos ſaluent. quæ medicinalibus ſunt inſtituta ieiunijs. p.

Complēda.

Universidad de Deusto Biblioteca

Tuorũ nos domine largitate donorꝝ & tꝑalibus attolle p̄ſidijs, & renoua ſempiternis. Per.

SVPER POPVLVM. ORATIO.

Da q̄s dñe populis chriſtianis, & quæ profitẽtur agnoſcere, & cœleſte munus diligere qđ frequẽtant. Per.

FERIA SEXTA QVATTVOR TEMporum. ORATIO.

Eſto domine propicius plebi tuæ, & quã tibi facis eſſe deuotã benigno refoue miſeratus auxilio. Per.

SECRETA.

Suſcipe quæſumus domine munera nr̃is oblata ſeruitijs/ & tua propicius dona ſanctifica. p̄. COMplenda.

Per huius domine operationem myſterij, & uicia nr̃a purgentur & iuſta deſideria cõpleantur. Per.

SVPER POPVLVM. ORATIO

Exaudi nos miſericors deus, & mentibus noſtris gratiæ tuæ lumen oſtende. Per.

SABBATO QVATTVOR TEMPORVM ORATIO.

Populũ tuũ q̄s domine propicius reſpice, atq; ab eo flagella tuæ iracũdiæ clemẽter auerte. p̄. ORATIO

Protector noſter aſpice deus, ut qui malorꝝ nr̃orꝝ põdere premimur, p̄cepta miſericordia libera tibi mente famulemur. Per. ORATIO.

Adeſto q̄s dñe ſupplicatiõibus nr̃is, ut eſſe te largiente mereamur, & inter proſpera humiles, & inter aduerſa ſecuri. Per. ORATIO.

Actiones noſtras q̄s dñe & aſpirando p̄ueni, & adiuuãdo proſequere, ut cuncta noſtra op̄atio, & a te ſemꝑ incipiat. & p̄ te cepta finiatur. Per do. ORATIO.

Preces populi tui q̄s dñe clementer exaudi, ut q̃ iuſte pro pc̃tis nr̃is affligimur, pro tui noĩs gl'ia miſericorditer liberemur. Per. SECRETA.

Preſentibus ſacrificijs dñe ieiunia noſtra ſanctifica, ut quod obſeruãtia nr̃a profitetur extrinſecus, interius operetur. Per. COMPLENDA.

Sanctificationibus tuis oĩpotens deus, & uicia nr̃a curentur, & remedia nobis æterna proueniant. Per.

SVPER Populum. Oratio.

Ab omnibus nos q̄s dñe pc̃tis propiciatus abſolue ut p̄cepta uenia pc̃torꝝ liberis tibi mẽtibus ſeruiamus. p̄.

DOMINICA Reminiſcere. ORATIO.

Deus qui conſpicis omni nos uirtute deſtitui, interius exteriu q; cuſtodi, ut & ab oĩbus aduerſitatibus muniamur in corpore, & a prauis cogitatiõibus mundemur in mente. Per. SECRETA.

Sacrificijs præſentibus q̄s dñe placatus intende, ut & deuotioni nr̃e proficiant et ſaluti. Per.

COMPLENDA.

Supplices te rogamus omnipotens deus, ut quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiã placitis moribus dignãter deſeruire concedas. Per.

FERIA SECVNDA ORATIO.

Pr̃a q̄s omp̃s deus, ut familia tua q̃ ſe affligẽdo carnẽ

Universidad de Deusto Biblioteca

ab alimētis abſtinet, ſectando iuſticiā a culpa ieiunet. p̄.

SECRETA.

Hæc hoſtia dñe placationis & laudis tua nos propiciatione dignos efficiat. Per.

COMPLENDA.

Hæc nos cōmunio dñe purget a crimīe, & cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per

SVPER POPVLVM. ORATIO.

Adeſto ſupplicatiōibus noſtris omp̄s deus, & quibus fiduciā ſperādæ pietatis indulges, cōſuetæ miſericordiæ tribue benignus effectū. Per.

FERIA TERTIA. ORATIO.

Perfice in nobis qs̄ dñe benignus, obſeruantiæ ſctē ſubſidiū, ut que te auctore, facienda agnouimus, te opante impleamus. Per.

SECRETA.

Sanctificationē tuā nobis dñe his myſterijs placatus operare, quæ nos & a terrenis purget uitijs, & ad cœleſtia dona perducat. Per.

COMPLENDA

Vt ſacris dñe reddamur digni muneribus, fac nos qs̄ tuis obedire mandatis. Per.

SVPER POPVLVM, ORATIO.

Propiciare dñe ſupplicatiōibus nr̄is, & aīaꝝ noſtraꝝ medere languoribus, ut remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lętemur. Per.

FERIA QVARTA ORATIO.

Populū tuū qs̄ dñe propicius reſpice, & q̄s ab eſcis carnalibus p̄cipis abſtinere, a noxijs quoq; uicijs ceſſare

concede. Per.

SECRETA.

Hoſtias dñe quas tibi offerimus propicius reſpice, & per hæc ſancta cōmercia uincula peccatorū noſtrorum abſolue. Per.

COMPLENDA.

Sumptis dñe ſacramentis ad redemptiōis æternæ quæſumus proficiamus augmentum. Per.

SVPER POPVLVM. ORATIO.

Deus innocētię reſtitutor & amator, dirige ad te tuorum corda ſeruorꝝ, ut ſpūs tui feruore cōcepto, & in fide inueniant̄ ſtabiles, & in opere efficaces. Per eiuſdem.

FERIA QVINTA. ORATIO.

Preſta nobis qs̄ dñe auxiliū grãe tuæ, ut ieiunijs & orationibus cōuenienter intenti liberemur ab hoſtibus mentis & corporis. Per.

ESCRETA.

Præſenti ſacrificio nomini tuo dñe nos ieiunia dicata ſanctificent, ut qđ obſeruantia noſtra profitetur exterius interius operetur effectu. Per.

COMPLENDA.

Gratia tuā nos dñe non derelinquat, quæ & ſacræ nos dignos faciat ſeruituti, & tuā nobis opē ſemp̄ acqrat. p.

SVPER POPVLVM

ORATIO.

Adeſto domine famulis tuis, & opē tuā largire poſcētibus, ut his qui te autore & gubernatore gloriātur & cōgregata reſtaures, & reſtaurata cōſerues. Per

Universidad de Deusto Biblioteca

FERIA SEXTA Oratio.

Da q̄ſ oĩpotens deus, ut ſacro nos purificãte ieiunio ſinceris mentibus ad ſancta uẽtura, nos facias ꝑuenire. p.

SECRETA.

Hæc in nobis ſacrificia deus, & actione permaneãt & operatione firmentur. Per.

COMPLENDA

Fac nos q̄ſ domine accepto pignore ſalutis æternæ, ſic tẽdere cõgruenter, ut ad eam peruenire poſſimus. p.

SVPER POPVLVM ORATIO.

Da q̄ſ dñe populo tuo ſalutẽ mentis & corporis, ut bonis operibus inherendo tuæ ſemper uirtutis mereatur protectione defendi. Per.

SABBATO ORATIO.

Da q̄ſ dñe noſtris effectũ ieiunijs ſalutarẽ, ut caſtigatio carnis aſſumpta, ad nr̃arum uegetationem trãſeat animarum. Per.

SECRETA

His ſacrificijs dñe concede placatus, ut qui proprijs oramus abſolui delictis non grauemur alienis. per.

COMPLENDA.

Sacramẽti tui dñe diuina libatio penetralia cordis nr̃i infundat, & ſui participes potẽter efficiat. Per.

Super populum. Oratio.

Familiã tuã q̄ſ dñe continua pietate cuſtodi, & quę in ſola ſpe celeſtis gratiæ innititur, & cœleſti etiam protectione muniatur. Per.

DOMINICA Tertia Oculi. Oratio.

Quæſumus oĩpotens deus, uota humiliũ reſpice atq;

ad defenſionẽ nr̃am, dexterã tuæ maieſtatis extende. p.

SECRETA.

Hæc hoſtia dñe q̄ſ emundet nr̃a delicta, & ad ſacrificiũ celebrãdũ ſubditorũ tibi corpora mẽteſq; ſctificet. p.

COMPLENDA.

A cunctis nos dñe reatibus & periculis, ꝓpiciatus abſolue, quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. p. do.

FERIA SECVNDA. Oratio.

Cordibus noſtris q̄ſ dñe gratiã tuã benignus infunde ut ſicut ab eſcis corporalibus abſtinemus, ita quoq; ſẽſus noſtros a noxijs retrahamus exceſſibus. Per.

SECRETA.

Munus qđ tibi dñe nr̃æ ſeruitutis offerimus, tu ſalutare nobis perfice ſacramentum. Per.

COMPLENDA.

Pr̃a q̄ſ oĩpotens & miſericors deus, ut quæ ore contingimus, pura mente capiamus. Per dñm.

Super populum Oratio.

Subueniat nobis dñe miſericordia tua, ut ab imminẽtibus pctõꝝ noſtroꝝ periculis, te mereamur protegẽte eripi, te liberante ſaluari. Per dominum.

FERIA TERTIA. ORATIO

Exaudi nos om̄ps & miſericors deus, et cõtinentię ſalutaris propicius nobis dona concede. Per.

SECRETA.

Per hæc ueniat q̄ſ dñe ſacramenta nr̃æ redẽptionis effectus, qui nos & ab humanis ſemper retrahat exceſſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus, & ad ſalutaria cuncta perducat. Per.

COMPLENDA.

Sacris domine myſterijs expiati, & ueniam conſequamur, & gratiam. Per.

SVPER POPVLVM ORATIO.

Tua nos dñe protectiõe defende & ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dñm.

FERIA QVARTA ORATIO.

Preſta nobis dñe qm̃s, ut ſalutaribus ieiunijs eruditi, a noxijs quoq; uicijs abſtinẽtes, propiciationem tuã facilius impetremus. Per. SECRETA.

Suſcipe qm̃s domine preces populi tui cũ oblatiõibus hoſtiarũ, tua myſteria celebrantes, & ab omnibus nos defende periculis. Per. COMPLENDA.

Sanctificet nos domine, qua paſti ſumus menſæ cœleſtis libatio, & a cunctis erroribus expiatos, ſupernis promiſſionibus reddat acceptos. Per.

Super populum. ORATIO.

Cõcede qm̃s omnipotens deus, ut qui protectiõis tuæ gratiam querimus liberati a malis om̃ibus ſecura tibi mẽte ſeruiamus. Per.

FERIA QVINTA ORATIO.

Da qm̃s dñe rex æterne cunctoꝝ, ut ſacro nos purificatos ieiunio, ſinceris quoq; mentibus ad tua ſctã uentura facias peruenire. Per. SECRETA.

Deus de cuius grẽ rorẽ deſcẽdit, ut ad myſteria tua purgatis ſenſibus accedamus, pr̃a qm̃s, ut in coꝝ traditione

ſolẽniter honorãda cõpetens tibi deferamus obſequiũ. p.

COMPLENDA.

Sacramenti tui dñe uenerãda ꝑceptio, & myſtico nos mundet effectu, & ꝑpetua uirtute defendat. Per.

Super populum. Oratio.

Subiectũ tibi populũ qm̃s dñe ꝓpiciatio cœleſtis amplificet, & tuis ſemper faciat inherere mandatis. Per.

FERIA SEXTA. ORATIO.

Ieiunia noſtra qm̃s dñe benigno fauore ꝓſequere, ut ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore, ita a uicijs ieiunemus in mente. Per. SECRETA.

Reſpice dñe propicius ad munera quæ ſacramus, ut et tibi grata ſint, & nobis ſalutaria ſemꝑ exiſtant. Per dñm.

COMPLENDA.

Huius nos dñe ꝑceptio ſacramẽti mũdet a crimine, & ad cœleſtia regna perducat. Per.

Super populum. Oratio.

Pr̃a qm̃s om̃ps deus, ut q in tua ꝓtectione cõfidimus, cuncta nobis aduerſantia te adiuuante uincamus. Per.

SABBATO. ORATIO.

Pr̃a qm̃s om̃ps deus, ut qui ſe affligẽdo carnẽ ab alimẽtis abſtinent, ſectando iuſticiã a culpa ieiunent. Per.

SECRETA.

Cõcede qm̃s om̃ps deus, ut huius ſacrificij munus oblatũ fragilitatẽ nr̃am ab omni malo purget ſemꝑ et muniat. Per. COMPLENDA.

Quæſumus om̃ps deus, ut inter eius membra numeremur, cuius corpori cõmunicamus & ſanguini. per.

Universidad de Deusto Biblioteca

SVPER POPVLVM Oratio.

Pretende domine fidelibus tuis dexterã tuã cœleſtis auxilij, ut te toto corde perquirãt, & quæ digne poſtulãt conſequi mereantur. Per.

DOMINICA IN Medio Quadrageſimæ. Orõ.

Concede qm̃s oĩpotẽs deus, ut qui ex merito nr̃æ actionis affligimur, tuæ gratiæ conſolatione reſpiremus. Per.

SECRETA.

Sacrificijs preſentibus dñe qm̃s intende placatus, ut & deuotioni nr̃æ proficiant & ſaluti. Per.

COMPLENDA.

Da nobis miſericors deus, ut ſctã tua quibus inceſſanter explemur ſinceris tractemus obſequijs, & fideli mente ſemper ſumamus. Per,

FERIA SECVNDA. ORATIO

Preſta qm̃s oĩpotens deus, ut obſeruationes ſacras annua deuotiõe recolẽtes, & corpore tibi placeamus et mẽte. Per.

SECRETA.

Oblatum tibi dñe ſacrificium uiuificet nos ſemper et muniat. Per.

COMPLENDA.

Sumptis dñe ſalutaribus ſacramentis, ad redemptiõis æternę qm̃s ꝓficiamus augmentum. Per.

SVPER POPVLVM.

ORATIO.

Depcationem noſtram quæſumus domine benignus exaudi, ut quibus ſupplicandi præſtas affectũ, tribue defenſionis auxilium. Per.

EERIA TERTIA. ORATIO

Sacræ nobis dñe qm̃s obſeruationis ieiunia, & piæ cõuerſationis augmentũ, & tuæ propiciationis cõtinuum præſtent auxilium. Per.

SECRETA.

Hæc hoſtia domine qm̃s emũdet nr̃a delicta, & ſacrificiũ celebrandũ ſubditorum tibi corpora, menteſq; ſanctificet. Per.

COMPLENDA.

Huius nos dñe ꝑceptio ſacramenti mundet a crimine & ad cœleſtia regna perducat. Per.

SVPER POPVLVM ORATIO.

Miſerere domine populo tuo, & cõtinuis tribulatiõibus laborantẽ propicius reſpirare concede. Per.

FERIA QVARTA. ORATIO.

Deus q & iuſtis p̃mia meritorꝝ, & pctõribus per ieiuniũ ueniã p̃bes, miſerere ſupplicibus tuis, ut reatus noſtri cõfeſſio indulgentiã ualeat ꝑcipere pctõrꝝ. per.

Oratio

Preſta qm̃s oĩpotẽs deus, ut q̃s ieiunia uotiua caſtigãt ipſa quoq; deuotio ſancta lętificet, ut terrenis affectibus mitigatis facilius cœleſtia capiamus. Per.

SECRETA.

Supplices te rogamus oĩpotens deus, ut his ſacrificijs pctã nr̃a mundentur, qa tunc uerã nobis tribuis & mẽtis & corporis ſanitatem. Per.

COMPLENDA.

Sacramenta quæ ſumpſimus dñe deus noſter, & ſpiritalibus nos repleãt alimẽtis, & corporalibus tueantur auxilijs. Per.

Super populum. Oratio.

Pateant aures miſericordię tuæ dñe p̃cibus ſupplican

Universidad de Deusto Biblioteca

tium. & ut petẽtibus deſiderata cõcedas, fac eos quæ tibi placita ſunt poſtulare. Per.

FERIA QVINTA ORATIO.

Preſta quæſumus &c̃. ſicut dicta eſt, feria quarta.

SECRETA.

Purifica nos miſericors deus, ut eccleſiæ tuæ preces, quæ tibi gratæ ſunt pia munera deferentes, fiant expiatis mentibus gratiores. Per.

COMPLENDA.

Cœleſtia dona capientibus, qm̃s dñe nõ ad iudiciũ ꝑuenire patiaris, quod fidelibus tuis ad remediũ prouidiſti. Per.

SVPER POPVLVM. ORATIO.

Populi tui deus inſtitutor & rector, pctã quibus impugnatur expelle, ut ſemper tibi ſit placitus & tuo munimine ſit ſecurus. Per.

FERIA SEXTA, ORATIO.

Deus qui ineffabilibus mundũ renouas ſacramentis, pſ̃ta qm̃s, ut eccl'ia tua ęternis proficiat inſtitutis, & tẽporalibus non deſtituatur auxilijs. Per.

SECRETA.

Munera qm̃s dñe nos oblata purificent, & te nobis iugiter faciant eſſe placatũ. Per.

COMPLENDA.

Hæc nos qm̃s dñe oblata participatio ſacramenti, & a proprijs reatibus indeſinenter expediat, & ab omnibus tueatur aduerſis. Per.

Super populum. Oratio.

Da qm̃s omp̃s deus, ut qui infirmitatis noſtræ conſcij de tua uirtute confidimus, ſub tua ſemper pietate gaudeamus. Per.

SABBATO ORATIO.

di ſoluiſti delicta, hac oblatione placatus, maculas ſcelerꝝ noſtrorum abſterge, & per interceſſionem omnium ſanctorum tuoꝝ, omnium chriſtianorū uiuorū atq; defunctorum peccata dimitte, eiſq; premia æterna concede. Qui cū &c.

COMPLENDA.

Sumpta quæſumus domine ſacramenta cœleſtia omnia crimina noſtra detergāt, omnemq; prauitatē & infirmitatem, ſeu hoſticam rabiem atq; ſubitaneam mortem meritis omnium ſanctoꝝ tuoꝝ a nobis procul repellant, & omnibus fidelibus uiuis ac defunctis proſint ad ueniā, pro quoꝝ tibi ſunt oblata ſalute. Per.

SABBATO De beata, Maria uirgine. Orō

Quere in parte de ſanctis folio, li.

ORATIONES ET GENERALES ET ſpeciales ad uaria impetranda ſequuntur.

GENERALES ET SPECIALES.

PRO VIVORVM SALVTE.

ORATIO.

Pretende domine fidelibus tuis dexterã cœleſtis auxilij, ut te toto corde perquirant, & quæ dignæ poſtulant conſequi mereantur. Per.

SECRETA.

Propiciare domine ſupplicatiõibus noſtris, & has oblationes quas tibi pro incolumitate famulorum famularumq; tuarũ offerimus benignus aſſume, & ut nullius ſit irritum uotũ, nullius uacua poſtulatio, preſta quæſumus ut quod fideliter pesimus efficaciter conſequamur. Per.

COMPLENDA.

Da famulis & famulabus tuis quæſumus domine, in tua fide & ſinceritate conſtantiã, ut in caritate diuina firmati, nullis tentationibus ab eis integritate uellanť. p.

PRO SEMETIPSO.

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne deus, tuæ gratiæ pietatem humili deuotione depoſco, ut omnium malorum meorum uincula ſoluas, cunctiſque meis criminibus & peccatis clementer ignoſcas, & quia me indignum & peccatorem ad miniſterium tuum uocare dignatus es, ſic me idoneum tibi miniſtrum efficias, ut ſacrificium de manibus meis placide ac benigne aſſumas, electorumque ſacerdotum me participẽ facias, & de preceptis tuis in nullo me oberrare permittas. Per.

SECRETA.

Deus qui te precipis a peccatoribus exorari, tibi que ſacrificium contriti cordis offerri, hoc ſacrificium quod indignus manibus meis offero, acceptare dignare & ut ipſe tibi hoſtia & ſacrificium eſſe merear miſeratus concede, quo per myſterij huius exhibitionem, peccatorũ omnium percipiam remiſſionem. Per.

COMPLENDA.

Huius mihi domine ſacramenti perceptio, ſit peccatorũ remiſſio, & tuæ pietatis optata propiciatio, ut per hæc te opitulante, efficiar ſacris myſterijs dignus, quæ de tua pietate confiſus frequentare preſumo indignus. Per.

PRO PECCATIS

ORATIO.

Exaudi quæſumus domine ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis, ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem. Per.

SECRETA.

Hoſtias tibi domine placationis offerimus, ut delicta noſtra miſeratus abſoluas, & nutantia corda tu dirigas Per dominum

COMPLENDA.

Præſta quæſumus domine æterne ſaluator, ut percipientes hoc munere ueniam peccatorum, deinceps peccata uitemus. Per.

PRO TRIBVLATIONE.

ORATIO,

Omnipotens ſempiterne deus, mœſtorum cōſolatio, laborantiū fortitudo, perueniāt ad te preces noſtræ, de quacunque tribulatione clamantium, ut omnes ſibi in neceſſitatibus ſuis miſericordiam tuam gaudeant affuiſſe. Per.

SECRETA

Has tibi domine offerimus oblationes pro ſalute noſtra, & pro omnibus anguſtijs nobis imminētibus, quatinus corpus & animam ſanctiſpiritus gratia, liberare & illuminare digneris. Per eiuſdem.

COMPLENDA.

Da nobis quęſumus domine de tribulatiōe lęticiam, ut qui diu pro peccatis noſtris affligimur, intercedentibus omnibus ſanctis tuis, in tua miſericordia reſpiremus Per.

Contra immundas cogitationes.

ORATIO.

Omnipotens mitiſſime deus, reſpice propicius preces noſtras, & libera corda noſtra de malarū attentione cogitationum, ut ſanctiſpiritus dignū fieri habitaculū mereamur. Per eiuſdem.

SECRETA.

Has tibi domine offerimus oblationes pro ſalute noſtra, quatinus animas noſtras ſanctiſpiritus gratia illuminare digneris, Per eiuſdem.

COMPLENDA.

Per hoc quæſumus dñe ſacrificium, qđ tuæ obtulimus maieſtati, ab omnibus corda noſtra emūda tentatiōibus. Per.

PRO TRIBVLATIONE ORATIO.

Eccleſiæ tuæ quæſumus dñe preces placatus admitte, ut deſtructis aduerſitatibus, & erroribus uniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate. Per.

SECRETA.

Protege nos domine quæſumus, tuis myſterijs ſeruientes, ut diuinis rebus & corpore famulemur & mente. Per.

COMPLENDA.

Quæſumus domine deus noſter, ut quos diuinis tribuis participatione gaudere, humanis non ſinas ſubiacere periculis. Per.

PRO PACE ORATIO.

Deus a quo ſancta deſideria, recta cōſilia & iuſta ſunt opera, da ſeruis tuis illam, quā mundus non poteſt dare pacē, ut et corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidie tempora ſint tua protectione tranquilla. Per.

SECRETA

Deus qui credentes in te populos nullis ſinis concuti erroribus, dignare preces & hoſtias dicatæ tibi, plæbis ſuſcipere, ut pax tua pietate conceſſa, chriſtianorum fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros. Per,

COMPLENDA

Deus auctor pacis & amator, quem noſſe uiuere, cui ſeruire regnare eſt, protege ab omnibus impugnationibus ſupplices tuos, ut qui in defenſione tua confidimus nullius hoſtilitatis arma timeamus, Per.

PRO ITER FACIENTIBVS ORATIO.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto · Biblioteca

Adeſto dn̄e ſupplicationibus noſtris, & uiam famuli tui in ſalutis tuæ proſperitate diſpone, ut inter omnes uiæ & uitæ huius uarietates, tuo ſemper protegatur auxilio, Per dominum:

SECRETA.

Propiciare domine ſupplicationibus noſtris, & has oblatiões, quas tibi offerimus pro famulo tuo benignus aſſume, ut uiam illius. & precedente gratia tua dirigas, et ſubſequente comitari digneris, ut de actu atq; incolumitate eius, ſecundum miſericordiæ tuæ perſidia gaudeamus, Per.

COMPLENDA.

Exaudi dn̄e preces noſtras per hæc ſancta quæ ſumpſimus, & iter famuli tui propicius comitare, atq; miſericordiam tuam, ſicut ubiq; es ita ubiq; largire, quatinus a cunctis aduerſitatibus, tua opitulatiõe defenſus, grãrum tibi in ecclĩa tua referat actionem. Per.

PRO PLVVIA POSTVLANDA.

ORARIO,

Deus in quo uiuimus mouemur & ſumus, pluuiam nobis tribue congruentẽ, ut preſentibus ſubſidijs efficiẽter adiuti, ſempiterna fiducialius appetamus. Per.

SECRETA.

Da nobis dn̄e qm̄s pluuiã ſalutarẽ, & aridã faciem terræ fluentis cœleſtibus dignanter effunde. Per.

COMPLENDA.

Omnipotens ſempiterne deus, qui ſaluas omnes, &

neminem uis perire, aperi fõtem benignitatis tuæ, & terrã aridam aquis cœleſtibus fluctibus dignãter infũde. p.

PRO SERENITATE.

ORATIO.

Ad te nos domine clamãtes exaudi & aeris ſerenitatẽ nobis tribue ſupplicãtibus, ut qui iuſte, p peccatis nr̄is affligimur, miſericordia tua preueniente, clementiã ſentiamus. Per.

SECRETA.

Preueniat nos qm̄s domine tua gratia ſemper & ſubſequatur, & has oblationes noſtras, quas, p peccatis noſtris nomini tuo cõſecrãdas offerimus benignus aſſume, ut p interceſſionẽ ſanctorꝝ tuorꝝ, cunctis nobis proficiant ad ſalutem. Per.

COMPLENDA.

Plebs tua domine capiat ſacræ benedictionis augmentum, & copioſis beneficiorꝝ tuorum ſubleuetur auxilijs que tantis interceſſionum deprecationibus adiuuatur. Per dominum.

ALIA COMPLENDA.

Quæſumus omnipotens deus clementiam tuam, ut inundãtiam coerceas imbrium, & hilaritatem tui uultus nobis impartiri digneris. Per.

TEMPORE MORTALITATIS ORATIO VOTIVA.

Universidad de Deusto Biblioteca

Deus qui non mortem ſed penitentiam deſideras peccatorum, populũ tuum q̃ms ad te conuerte propicius, ut dum tibi deuotus alias extiterit inſiſtit, iracundię tuæ flagella ab eo amoueas. Per.

SECREEA.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, & intercedente btã dei genitrice ſemperq́ uirgine Maria, populum tuũ ab iracundiæ tuæ terroribus libera, ut miſericordię tuæ largitate fiat ſecurus. Per do.

ALIA SECRETA,

Subueniat nobis domine quæſumus ſacrificij preſentis oblatio, per quam ab horrore peſtilentiæ abſoluas, & totius perditionis incurſu. Per.

COMPLENDA.

Subueniat nobis domine ſacri muneris percepti oblatio, quæ nos ab erroribus uniuerſis potenter abſoluat, & a totius perditionis incurſu clementer expediat, Per.

PRO PAPA VEL EPISCOPO ORATIO

Deus omniũ fidelium paſtor & rector, famulum tuũ N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ preeſſe uoluiſti, propicius reſpice, da ei quæſumus uerbo & exemplo, quibus p̃eſt, proficere, ut ad uitã anu cũ grege ſibi credito perueniat ſempiternam. Per dominum.

SECRETA.

Oblatis q̃ms dñe placare muneribus, & famulũ tuũ. N quem paſtorẽ ecclẽie tuæ eſſe uoluiſti, una cũ grege ſibi cõmiſſo, aſſidua protectione guberna. Per.

COMPLENDA.

Hæc nos quęſumus domine diuini ſacramenti perceptio protegat, & famulũ tuum, N. quem paſtorem eccleſiæ tuæ eſſe uoluiſti, una cum grege ſibi cõmiſſo, ſaluet ſemper & muniat. per.

IN APOSTOLORVM DIVISIONE.

ORATIO

Deus cuius unigeniti teſtes apoſtoli ad predicandum miſſi, hodierna die ſunt profecti, da eccleſiæ tuæ in omnibus eos audire preceptores, ut quos expectamus iudices eos ſemper habeamus interceſſores. Per

SECRETA.

Domine Ieſu chriſte, tuarũ paſtor ouium, ſuſcipe placatus hoc noſtræ deuotionis officium quod tuæ offerimus maieſtati, in eoꝝ recordatione, de quorum ſolẽnitate hodierna die gaudemus diuiſione. Per.

COMPLENDA.

Lęti dñe ſumpſimus noſtrę redemptionis oblationẽ, preſta quęſumus, ut nobis proueniat non ad iudiciũ, ſed ad ſaluationem, & hęc iugiter nobis eorum interceſſio quorum hodie feſtiua nobis effulſit ſaluberrima diuiſio Per dominum,

PRO CVNCTO POPVLO CATHOLICO, ORATIONES

Dominica ſecunda poſt octauam Paſchæ ſumantur.

ORATIONES. Generales.

PRO CONCORDIA. ORATIO.

Deus largitor pacis & amator caritatis, da famulis tuis ueram cum tua uoluntate concordiam, ut ab omnibus (quæ nos pulſant) tentationibus, te miſerante liberemur Per.

SECRETA.

His ſacrificijs quæſumus domine concede placatus, ut qui proprijs oramus abſolui delictis, nõ grauemur exterius. Per.

COMPLENDA.

Spiritum nobis domine tuæ caritatis infunde, ut quos uno pane cœleſti ſaciaſti, tua facias pietate concordes. Per. &c.

FINIT VTRAQVE PARS ET HYberna & æſtiua de Tempore feſtiſq; mobilibus (infra natalis dominici octauã occurrentiũ) ac quorundam ſanctorum Feſtiuitatibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SACRAE ECCLESIAE ORATIOnes

(quas Collectas uulgo uocamus) de Sauctis, in duas partes & Hybernã & æſtiuã ꝑtitæ.

SVBSEQVITVR PARTIS VTRIVSQVE

Index Sanctoꝝ (quorũ oratiões pn̄ti habent opuſculo) noĩa ſeriæ alphabetica cõtinens.

De Sanctis. De lr̃a. A.
Andrea Apoſtolo & eius uigilia. Folio. iij.
Anna matre. b. mariȩ uirginis. Folio. xxvij.
Anthonio Cõfeſ. vi
Abdõ & Sen. mar. xxviij
Adelheide ꝟgine. vi
Adelpho epõ xxxv.
Adriano martyre xxxvi
Affra martyre xxx
Agatha ꝟgi. et marty. x
Agnete ꝟgi. & mar. viij
Agapito martyre xxxiij
Albano martyre xx
Alexãdro, Euẽtio & Theodolo martyribus xvi
Alexio confeſſore xxiiij
Amando epiſcopo xliiij
Apollinare martyre. xxvi
Appolonia uir. & mar. x
Arbogaſto epõ xxv
Auguſtino epõ xxxiiij
Arnulſo epõ xxv
Aſſumptiõe btiſſime ꝟgĩs mariȩ & eius uigilia. xxxij
Athanaſio epõ. xv
Aurelia uirgine xlij
Athala uirgine iij
Ambroſio epõ xiij
Anaſtaſia quere de tẽpore.
De littera B
Barnaba aplõ Fo. xix.
Barbara uirgi. & mar. iiij.
Baſilide, Cyrino, Nabore. Naçario & Celſo mar. xix
Bartholomeo aplõ xxxiiij
Benedicto abbate xiij
Benedicti trãſlatiõe xxiiij
Bernardo abbate xxxiij
Blaſio epiſcopo x
Bonifacio et eiꝰ ſocijs xviij
Briccio epiſcopo xlvi
Brigida uirgine ix
De littera C
Calixto papa. Folio. xlij
Cathedra. s. Petri. xi. et vij
Catheriã ꝟgi. et mar. x.lviij
Ceſario martyre xlv
cornelio et cip. mar. xxxvij
Ciriaco & eius ſocijs xxxi
Chriſtofero martyre. xxvij
Cecilia ꝟgine xlvij
Clemente martyre xlv.

Universidad de Deusto Biblioteca

Chriſogono mar. xlviij
Colūbano abbate xlvij
Coſma et dam. mar. xxxix
Conrado epō xlviij
Criſpino et Criſpinia. xliij
Criſtina ꝟgine xxvi.
Crucis exaltatiōe xxxvij.
Delr̄a D
Damaſo papa Fo.v
Decē milibus. marty. xx
Decollatio Ioā. bap. xxxv
Dioniſio & eius ſocijs xli
dominico cōfeſ. xxix. xxx
Dorothea ꝟgi. & mar. x
Donato epiſcopo xxx
Dedicatiōe ecclię xxxiiij
Delr̄a E
Egidio cōfeſſore xxxvi
Eliſabetha lātgrauia. xlvij
Euſebio confeſſore xxxij
Euſtachio et eius ſocijs xlv
Eulalia ꝟgi. & mar. v
Exaltatiōe crucis. xxxvij
De littera. F.
Fide ꝟgi. & marty. xli.
Florentio epiſcopo xlv
Floriano martyre xvi
Fœlice & Adauct ,xxxvi
Fœlice, Siplicio, Fauſtino
& Beatrice marty. xxviij
Fœlicitatē martyre xlvij
Frāciſco cōfeſ. xl. & xli.
Fœlice in pincis vi
De littera G
Gallo confeſſore xlij
Georgio martyre xiiij
Gereone et eius ſocijs xli.
Gertrude ꝟgine xij
Geruaſio et ꝓtha. mar. xx
Gordiāo, Epimacho, et So
phia martyribus xvi
Gorgonio martyre. xxxij.
Gregorio papa xij
De littera H.
Henrico imperatore. xxiiij
Hemerāno marty. xxxlix
Hermete, Pelagio & Iulia
no martyribus xxx. iij
Hieronimo preſbytero xl
Hippolito et eiꝰ ſo. 31. et. 32.
Hupto et lāp. mar. xxxviij.
Delr̄a. I
IAcobo maiore aplo, xxvi
Inuentio, S. Crucis. xv
Ioanne Baptiſta. xxi
Ioāne & Paulo marty. xxi
Ioanne ante por. lati.
Iuſtino epō & marty, xxix
Ioanne Chriſoſtomo. ix
Iuliana ꝟgine & marty. xi.
Delr̄a K
Kiliano et eius ſocijs. xxiij.
De littera L.
Leodegario martyre xl
Leonhardo cōfeſſore. xlv
Leone papa. xiij. et xxi
Luca Euāgeliſta. xliij
Lucia uirgine & marty. v.

De littera M
Marie ꝟginis annūcia. xiij
Marię ꝟgi. natiui. xxxvi
Marię ꝟgis pn̄tatiōe. xxij
Mariæ ꝟgis cōceptiōe iiij
Marię ꝟgi. purificatiōe. ix
Maria ad martyres xvij
Marco euāgeliſta, xiiij
Marcellino et Petro marty
ribus. xvij
Marcello papa & mar. vi
Marco & marcelliano mar
tyribus xix
Margareta ꝟg. et. m. xxiiij
Materno epiſcopo xxv
Mathia aplo xij
Maria magdalena. xxvi
Magno martyre xxxiij.
Matheo apoſtolo xxxviij
Martino epiſcopo xlvi
Mario, Martha, Audiface,
& Abacuc martyribus vij
mauricio et eius ſo. xxxviij
Medardo epō. xviij
Menna martyre. xlvi
Michaele archāge. xxxix
Delr̄a N
Nereo, Achilleo et Pāgra
cio martyribus xvij
Nicomede martyr. ſo. xvij
& folio. xxxvij
Nicolao epiſcopo iiij
Delr̄a O
Octaua laurē. mar. xxxiij
Octaua. s, Andreę iiij
Octaua Agnetis ꝟgi. ix
Oium ſctōꝝ feſtiuitas. xlv
Oſualdo rege & mar. xxix
Othomaro Abbate xlvi
Otilia uirgie. v
Octaua aplōꝝ Petri et pau
li. folio. xxiij
Delr̄a P
Panthaleone mar ,xxvij
Petro & Paulo aplis. xxij
Petro ad vincula xxviij
Pauli cōuerſione viij
Petro martyre xiiij
Philippo et Iacobo apo. xv
Pirminio epiſcopo xlv
Praxede virgine xxv
Primo et Fœliciāo m. xviij
Proceſſo et martiniāo. xxx
Protho et Hiacincto, Fœli
ce et Regla marty. xxxvij
Perpetua et Fœlicitate. xij
Pauli cōmemoratiōe. xxij
Priſca uirgine et marty. vij
Policarpo epō et mar. viij
Delr̄a Q
Quattuor coronatis xlvi
De littera R
Remigio epiſcopo xl
Richarde ꝟgine xxxviij
Romano martyre xxxi
Ruffo martyre xxxiiij

Universidad de Deusto Biblioteca

De littera .S.
Sabina uirgine. Fo. xxxvi.
Saturnino et aliȷs marty. iiȷ.
Scolaſtica uirgine xi
Sebaſtiano et fabia mar .viȷ
Septē filiȷs fœlicitatis .xxiiȷ
Septē fratribus mar. xxviiȷ.
Sergio & Bacho xli
Seuero & ſeuerino ep̄i. xliiȷ
Simone & Iuda apl'is xliiiȷ
Sixto & eius ſociȷs xxx
Sophia, Spe, Fide & Chari
tate, martyribus uide Gor
diano de lr̃a G. fo. xvi.
Stephão pa. et mar. xxviiȷ.
Stephāi ꝓtomar. inuē. xxix
De lr̃a T
Theodoro martyre xlvi.
Thoma apl'o vi.
Thimotheo & ſimphoria
no martyribus. xxxiiȷ
Tiburtio martyre xxxi
Trāſlatio .s. bn̄dicti xxiiiȷ.
Tibur. & Valer. mar. xiiiȷ.
De lr̃a V
Valentino ep̄o Folio. xi.
Vdalrico ep̄o xxiiȷ
Venceſlao martyre xxxix
Victore martyre xvi
Victore & Vrſo mart. xl
Vigilia Ioānis baptiſtę xx
Vigilia Petri & Pauli xxi
Vigilia Aſſump. ma, xxxiȷ
Vigilia Laurētiȷ mar. xxxi
Vigilia mathei ap. xxxviiȷ
Vigilia Simōis & Iu. xliiȷ
Vigilia oīm ſctoꝝ xliiȷ
Vincentio martyre viiȷ
Vndecim milibus ꝟgi. xliiȷ
Viſitatiōe, b. ma. ꝟgi. xxiȷ
Vitale martyre xiiȷ
Vito & Modeſto mar. xix
Vrbano papa & mar. xviȷ
Vualpurga martyre
Vigilia ſcti andreę apl'i. iiȷ
Index cōium orōnū ſctoꝝ
In unius apl'i uigilia xlviiȷ
De uno martyre xlviiȷ
De martyre & pōtifice. eo.
De plibus martyribus xlix
De cōfeſſore et pōtifi. xlix
De cōfeſſore n̄ pōtifice. eo,
De ꝟgine nō martyre. eo.
De uirgine & martyre. eo.
In .ſ. crucis cōmemoratōe. l
In ꝟginis marie cōmemo. l.
Infra ntīuitatē & purifica. l.
Ab octa, pentheco. uſqꝫ ad
dn̄icum Aduen. fo, li.
Cōpaſſione ꝟgīs marię. li.
In depoſitionis die li.
In anniuerſario li
Pro Ep̄is, Pro ſacerdote. liȷ
Pro patre & matre liȷ
Pro congregatione liȷ
ꝓ oībus ī cimiterio ſepul. liȷ
Pro Impatore ſeu rege, liiȷ.

FINIS.

INCIPIVNT SACRAE ECCLESIAE ORATIONES (QVAE COLLECTAE DICVNTVR) PER TOTIVS ANNI CVRSVM DE SANCTIS PARS HYBERNA PRIMA,

IN VIGILIA SANCTI ANDREAE APOSTOLI ORATIO.

q Veſumus omp̄s deus, ut beatus Andreas apoſtolus tuū, ꝓ nobis imploret auxiliū, ut a noſtris reatibus abſoluti, a cūctis etiā ꝑiculis exuamur. Per,

SECRETA.

Sacrandū tibi dn̄e munus offerimus, quo bti Andreę ſolennia recolentes, purificationē quoque noſtris mentibus imploramus. Per.

COMPLENDA.

Perceptis dn̄e ſacramētis ſuppliciter exoramus, ut intercedēte btō Andrea apl'o tuo, quæ ꝓ illius uenerāda gerimus paſſione, nobis ꝓficiant ad medelam. Per,

IN DIE SANCTO. ORATIO

Maieſtatē tuam dn̄e ſuppliciter exoramus, ut ſicut eccleſię tuæ btūs Andreas apl'us extitit p̄dicator & rector, ita apud te ſit ꝓ nobis ꝑpetuus interceſſor. Per.

SECRETA.

Sacrificium noſtrū tibi dn̄e qs̄ beati Andreę p̄catio ſancta conciliet, ut cuius honore ſolēniter exhibetur, meritis efficiatur acceptum. Per.

Universidad de Deusto Biblioteca

COMPLENDA.

Sumpſimus domine diuina myſteria beati Andreæ feſtiuitate letantes, quæ ſicut tuis ſanctis ad gloriam, ita nobis quęſumus ad ueniam prodeſſe perficias, Per.

DE SANCTO SATVRNINO ET ALIIS MARTYRIBVS, ORATIO,

Deus qui nos beatorum martyrum tuorum, Saturnini, Criſanti, Mauri, & Darię cõcedis natalitio ꝑfrui, eorꝫ nos tribue meritis adiuuari, Per,

SECRETA

Munera tibi domine dicata ſanctifica, & intercędentibus beatis martyribus tuis, per eadem nos placatus intende. Per

COMPLENDA.

Sanctificet nos domine quęſumus tui perceptio ſacramenti, & interceſſiõe ſanctorum martyrum tuorum Saturnini, Criſanti, Mauri & Darię, tibi reddat acceptos, p.

DE SANCTA ATHALA VIRGINE. ORATIO.

Pietatem tuam mitiſſime deus humiliter imploramus ut ſicut beatæ Athalæ uirgini tuæ caſtitatem mentis & corporis miſericorditer contuliſti, ita nobis eius interuentu propiciatus utriuſqꝫ largiri digneris puritatem. Per dominum. &c.

SECRETA.

Quæſumus uirtutũ cœleſtiũ deus, ut ſacrificia ꝑ ſanctę Athalę ſolennitate delata deſiderium nobis temporale doceat habere contemptui, & ambire dona faciat celeſtium gaudiorum. Per.

COMPLENDA.

Beatæ uirginis tuæ Athalę merita ꝑclara q̃ſumus dñe ab omni nos aduerſitate tueantur, & quod deuote poſcimus, eius patrocinio aſſequamur. Per.

DE SANCTA BARBARA VIRGINE ET MARTYRE ORATIO.

Concede nobis q̃ſumus om̄ipotens deus, ſancte martyris tuæ Barbarę exultare meritis & bñficijs referre ſubſidium. Per,

SECRETA.

Muneribus te domine magnificamus oblatis, quæ ſanctę Barbarę martyris tuę nobis ſolẽnitate, & gaudia ęterne cõciliet, & patrocinia ſempiterna largiant᷑. Per.

COMPLENDA.

Sanctę Barbarę martyris tuę nos ꝑcatio domine grata comitetur, & tuam nobis indulgentiam poſcere non deſiſtat. Per.

DE DIVO NICOLAO EPISCOPO, ORATIO.

Deus qui beatum Nicolaum pontificem tuũ innumeris decoraſti miraculis, tribue q̃ſumus nobis, ut eius meritis & præcibus a gehennę incendijs liberemur. Per.

SECRETA.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sanctifica qm̄s domine oblata munera, quę in uenera tione ſancti antiſtitis tui Nicolai offerūtur, ut per ea uita noſtra inter aduerſa ubiq; dirigatur & ꝓſpera. Per,

COMPLENDA.

Sacrificia quæ ſumpſimus dñe pro ſolennitate ſancti pōtificis tui Nicolai, & animarū nobis medelam cōferāt & ſempiterna nos protectionē confirment. Per.

IN OCTAVA SANCTI ANDREAE ORATIO.

Protegat nos dñe ſæpius beati Andreæ apoſtoli repe tita ſolēnitas, ut cuius patrocinia ſine intermiſſione reco limus. perpetuam defenſionē ſentiamus. per,

SECRETA.

Indulgentiā nobis dñe prębeant hęc munera qm̄s lar giorē, quę uenerabilis Andreæ ſuffragijs offerunt̄, Per,

COMPLENDA,

Adiuuet familiā tuā tibi dñe ſupplicando uenerandus Andreas & pius interuentor efficiat̄, qui tui nominis ex titit predicator. Per,

IN CONCEPTIOME GLORIOSISSINAE, VIRGINIS MARIAE, ORATIO,

Famulis tuis qm̄s dñe cœleſtis gratiæ munus imparti re, ut quibus beatæ Mariæ uirginis partus extitit ſalutis exordiū, cōceptionis eius uotiua ſolennitas pacis tribuat incrementum, Per. SECRETA.

Vnigeniti tui domine nobis ſuccurrat humanitas, ut qui natus de uirgine matris integritatē non minuit ſed ſa

crauit, in conceptionis eius ſolēnijs, a noſtris nos piaculis exuēs, oblationē noſtram ſibi faciat acceptā. Qui tecū.

COMPLENDA.

Sumpſimus dñe celebritatis annuę uotiua ſacramēta. preſta qm̄s, intercedente btā uirgine dei genitrice Maria ut & tēporalis nobis uitæ remedia præbeant & ęterna. p,

DE SANCTA EVLALIA VIRGINE ET MARTYRE, ORATIO,

Omnipotēs ſempiterne deus, qui infirma mūdi eligis ut fortia quęq; confundas, concede propicius, ut qui btē Eulaliæ martyris tuæ ſolēnia colimus, eius apud te patro cinia ſentiamus, Per, SECRETA.

Hoſtias dñe, quas tibi offerimus, ꝓpicius reſpice, et in tercedēte btā Eulalia martyre tua, uincula peccatorꝝ no ſtrorum abſolue. Per. COMPLENDA,

Auxilientur nobis dñe ſumpta myſteria, & intercedē te btā Eulalia martyre tua, ſempiterna ꝓtectionē confir ment, Per.

DE BEATO DAMASO PAPA, Oratio.

Venerabilem diem beati Damaſi confeſſoris tui atq; pontificis dñe annua deuotiōe celebrātes, preſta qm̄s, ut eius patrocinio confidētes, a peccatorꝝ noſtrorꝝ uinculis eruamur. Per, SECRETA.

Deus qui fulgentibus margaritis beatū Damaſum pō tificem tuum merito adunaſti, concede qm̄s, ut eius pre cibus hoſtia ſacri myſterij a nobis altari tuo cumulanda ſalutare tuum in noſtris actibus operetur.

Universidad de Deusto Biblioteca

COMPLENDA

Omnipotens ſempiterne deus, qui nos beati Damaſi pontificis tui multimoda facis celebritate gaudere, cõcede quæſumus, ut qui eius gloriamur meritis, ꝓtegamur auxilijs, Per dominũ,

DE SANCTA LVCIA VIRGINE ET MARTYRE, ORATIO,

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, ut ſicut de beatæ Luciç feſtiuitate gaudemus, ita piæ deuotionis erudiamur affectu. Per dñm.

SECRETA

Accepta tibi ſit domine ſacratę plebis oblatio, pro honore ſanctorũ tuorũ quorum ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliũ. Per,

COMPLENDA.

Satiaſti domine familiam tuam muneribus ſacris, eius q̃ſumus ſemꝑ interuentione nos refoue, cuius ſolennia celebramus. Per.

DE SANCTA OTILIA VIRGINE, ORATIO.

Deus qui per ſpũſſancti gratiam almã uirginem Otiliam, ab oculorũ cecitate illuſtrare dignatus es, ipſa q̃ſumus interueniente abſolue tetras cordis noſtri caligines, ut pura tibi mente ſeruire ualeamus. Per eiuſdem.

SECRETA.

Munera tibi dñe ſeruitutis noſtrę offerimus, in beatę uirginis tuę Otiliæ ſolennitate deprecantes, ut qui ei de

diſti gratiam ſpũſſancti, eandem cordibus noſtris clemẽter infundere digneris. Per eiuſdem,

COMPLENDA,

Adiuuet nos q̃ms domine hæc myſteria ſancta quę ſumpſimus, & intercedente btã Otilia uirgine tua, & a cunctis erroribus exuant, & ad gaudia eterna perducant. ꝑ.

DE SANCTA ADELHEIDE VIRGINE ORATIO,

Concede quæſumus omnipotens deus, ut qui põdere grauamur facinorũ, beatæ Adelheidis ſentiamus ſuffragium. Per,

SECRETA.

Suſcipiat clementia tua dñe munus oblatum, & per interceſſionem beatæ Adelheidis noſtri delicti expiet reatum, Per.

COMPLENDA.

Percepta ſacrificia ꝓ cõmemoratione beatiſſimæ Adelheidis, nos ipſius interuẽtione ab omni liberos faciãt crimine. Per.

DE SAN. THOMA APO. Oro.

Da nobis q̃ms dñe beati Thomæ apoſtoli tui ſolennitatibus gloriari, ut eius ſemꝑ & patrocinijs ſubleuemur, & fidem congrua deuotione ſectemur, Per.

SECRETA.

Debitũ dñe noſtræ reddẽtes ſeruitutis ſupplicit̃ exorãtes, ut ſuffragijs btĩ Thomæ aplĩ tui, in nobis tua munera tuearis, cuius honorando cõfeſſionem laudis tibi hoſtiã immolamus, Per.

COMPLENDA.

Conſerua dñe populũ tuũ, & quẽ ſctorũ tuorũ p̃ſidijs, non deſinis adiuuare, ꝑpetuis tribue gaudere remedijs, ꝑ

Universidad de Deusto Biblioteca

DE SANCTO FOELICE IN PINCIS. Oratio.

Concede qm̄s omp̄s deus, ut ad meliorē uitā ſanctorū tuorū exempla nos ꝓuocent, quatinus quorū ſolēnia agimus etiam actus imitemur. Per.

SECRETA.

Hoſtias tibi dn̄e beati Fœlicis confeſſoris tui dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuū nobis tribue ꝓuenire ſubſidium. Per.

COMPLENDA

Queſumus dn̄e ſalutaribus repleti myſterijs, ut cuius ſolennia celebramus eius orōibus adiuuemur, Per.

DE SANCTO MARCELLO PAPA ET MARTYRE, ORATIO,

Preces populi tui qm̄s dn̄e clementer exaudi, ut beati Marcelli martyris tui atq; pontificis meritis adiuuemur cuius paſſione letamur. Per,

SECRETA.

Suſcipe qm̄s dn̄e munera dignanter oblata, & beati Marcelli ſuffragantibus meritis, ad noſtrę ſalutis auxiliū prouenire concedas, Per dn̄m.

COMPLENDA.

Saciaſti dn̄e familiā tuam muneribus ſacris, eius qm̄s ſemꝑ interuētiōe nos refoue, cuius ſolēnia celebramus, ꝑ

DE SANCTO ANTHONIO Cōfeſſore, Orō.

Deus qui concedis obtētu btī Anthonij cōfeſſoris tui morbidum ignē extingui, & mēbris ęgris refrigeria preſtari, fac nos ꝓpicius ipſius meritis, a gehennę ignis incen

dijs liberatos, integros mente & corpore tibi fœliciter in gloria preſentari. Per.

SECRETA.

Sacrificium dn̄e qđ ad laudē & honorē nominis tui deferimus, intercedentibus meritis btī Anthonij cōfeſſoris tui placatus aſſume, & eius ſanctiſſimis precibus a noſtrorum nos peccatorū uinculis abſolue. Per.

COMPLENDA,

Quaſumus oīpotens deus, ut q nos pane cœleſti ſaciaſti, precibus et meritis btī Anthonij confeſſoris tui ab hoſte maligno defende. Per.

DE SANCTA PRISCA uirgine & martyre ORARIO.

Da qm̄s omp̄s deus, ut q btē Priſcę martyris tuę natalitia colimus, & annua ſolēnitate letemur, et tantæ fidei ꝓficiamus exemplo. Per. SECRETA.

Hoſtia dn̄e qm̄s quā in ſctōꝝ tuorū natalitia recenſentes offerimus, & uincula nr̄æ prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per.

COMPLENDA

Queſumus dn̄e ſalutaribus repleti myſterijs. ut cuius ſolēnia celebramus, eius orōnibus adiuuemur. ꝑ d.

IN CATHEDRA DIVI PETRI APOSTOLI, ORATIO.

Deus qui Romani apicis monarchiam beato apoſtolo tuo Petro ſpiritali ſceptro gubernādā delegaſti, cōcede qm̄s, ut fidem quā ille Romanis mœnibus īuexit, ſancta & uniuerſal' eccl'ia intemeratā cuſtodiat. Qui cū deo.

Universidad de Deusto Biblioteca

SECRETA.

Concede qm̃s om̃ps deus, ut hanc oblationẽ quã tuæ maieſtatis oculis immolamus, interueniẽte btõ Petro ſolita bñdictione conſecrare digneris. Per dñm,

COMPLENDA.

Sumpſimus dñe diuina myſteria, qm̃s, ut intercedente beato Petro aplõ tuo, cui eccliam tuã ſpeciali cura paſcẽdã cõmiſiſti ad redẽptionẽ nr̃arꝫ ꝓficiant animarũ. Per.

IN DIE MARII ET MARTHAE, AVDI Facis et Abacuc martyrũ. Oratio.

Exaudi dñe populũ tuũ cũ ſanctorꝫ tuorꝫ tibi patrocinio ſupplicantẽ, ut et temporalis uitę nobis tribuas pace gaudere, & ęternæ reperire ſubſidium Per.

SECRETA.

Preces dñe tuorꝫ reſpice oblationeſqꝫ fidelium, ut et tibi gratæ ſint ꝑ tuorꝫ feſtiuitate ſctorꝫ, et nobis conferant tuæ ꝓpiciatiõis auxiliũ, Per. COMPLENDA.

Sanctorꝫ tuorꝫ dñe interceſſiõe placatus, pr̃a qm̃s, ut q̃ tꝑali celebramus actiõe, ꝑpetua ſaluatiõe capiamus. ꝑ.

De SANCTIS Fabiano et Sebaſtiano Martyribus, Oratio.

Infirmitatẽ nr̃am reſpice om̃ps deus, et qa põdus propriæ actiõis nos grauat, btõrꝫ martyrꝫ tuorũ Fabiani & Sebaſtiani, interceſſio gl'ioſa nos ꝓtegat. ꝑ. SECREta.

Hoſtias tibi dñe btõrꝫ martyrꝫ tuorꝫ Fabiani et Sebaſtiani dicatas meritis benignus aſſume, et ad ꝑpetuũ nobis tribue ꝓuenire ſubſidiũ. ꝑ. COMPLENDA

Refecti participatione muneris ſacri, qm̃s dñe deus nr̃,

ut quorũ exequimur cultũ, ſentiamus auxilium. Per.

DE DIVA Agnete ỽgine et martyre Oratio.

Om̃ps ſempiterne deus, q infirma mundi eligis, ut fortia queqꝫ confundas, cõcede ꝓpicius, ut qui btẽ Agnetis martyris tuæ ſolennia colimus, eius apud te p̃rocinia ſentiamus. Per. SECRETA,

Hoſtias dñe q̃s tibi offerimus, ꝓpicius reſpice, et intercedẽte btã Agna martyre tua, uincula pctorꝫ noſtrorũ abſolue. COMPLENDA.

Refecti cibo potuqꝫ cæleſti deus noſter, te ſupplices exoramus, ut in cuius hæc cõmemoratiõe percepimus, eius muniamur et p̃cibus. Per.

De ſancto uincentio martyre. Oratio.

Adeſto dñe qm̃s ſupplicationibus nr̃is, ut q ex iniqtate nr̃a reos nos eſſe cognoſcimus, beati Vincentij martyris tui interceſſione liberemur. Per. SECTETA.

Muneribus nr̃is qm̃s dñe p̃cibuſqꝫ ſuſceptis, intercedẽte btõ Vincẽtio martyre tuo, et cœleſtibus nos mũda myſterijs, & clemẽter exaudi. Per. COMPLENDA.

Qm̃s om̃ps deus, ut q cœleſtia alimẽta ꝑcepimus, intercedente btõ Vincẽtio martyre tuo, ꝑ hęc cõtra oĩa aduerſa muniamur. ꝑ.

De ſctã Emerẽtiana ỽgine Orõ.

Maieſtati tuæ nos dñe martyrũ tuorꝫ Emerentianę & Macharij paſſio btã cõciliet, ut q inceſſabilit᷑ actibus nr̃is offendimus, iuſtorꝫ p̃cibus expiemur. ꝑ. SECRETA.

Accepta tibi ſit dñe ſacratę plebis oblatio, ꝑ tuorꝫ honore ſctorꝫ, q̃rꝫ meritis ſe ꝑcepiſſe in tribl'atõe cognoſcit auxiliũ. Per. COMPLENDA.

Universidad de Deusto Biblioteca

Iugiter nos dñe ſanctorũ tuorꝝ uota letificent, & Patrocinia nobis martyrũ ipſæ ſemp̃ feſtiuitates exhibeant. p.

DE SANCTO THIMOTHEO Apoſtolo. Oratio.

Adiuuet eccleſiam tuã tibi domine ſupplicãdo uenerandus Thimotheus apl̃s, & pius interuẽtor efficiatur, qui tui nominis extitit predicator. Per.

SECRETA.

Sacrandũ tibi dñe munus offerimus, q̃ beati apl̃i tui Thimothei ſolẽnia recenſentes, purificationẽ nobis quoque noſtris mentibus imploramus. Per.

COMPLENDA.

Perceptis domine ſacramẽtis ſuppliciter exoramus, ut intercedente btõ Thimotheo aplõ tuo, quæ pro illius ueneranda gerimus ſolẽnitate, nobis ꝓficiãt ad medelã. p.

IN CONVERSIONE S. Pauli apl̃i. Oratio.

Deus qui multitudinẽ gentiũ bti Pauli apoſtoli p̃dicatiõe docuiſti, da nobis q̃s, ut q eius cõuerſionẽ colimus per eius ad te exẽpla gradiamur. p.

SECRETA.

Apoſtoli tui Pauli p̃cibus dñe plebis tuę dona ſctifica ut quæ tibi tuo grata ſunt inſtituto, gratiora fiãt patrocinio ſupplicantis. Per.

COMPLENDA.

Sctifica nos q̃s dñe ſalutari myſterio, & eius oratio nõ deſit, cuius nos donaſti patrocinio gubernari. Per d.

DE DIVO Policarpo Ep̃o & Martyre Oratio.

Preces populi tui q̃s dñe clemẽter exaudi, ut bti Policarpi martyris tui atq; põtificis meritis adiuuemur, cuius paſſione letamur. Per.

SECRETA.

Pręſentia munera q̃s dñe ita ſerena pietate intuere, ut ſancti ſp̃us ꝑfundantur bñdictione, & in noſtris cordibus eam dilectionẽ ualidam infundant, per quã ſanctus martyr Policarpus omnia corpis tormenta deuicit. Per.

COMPLENDA.

Satiaſti dñe familiam tuam &c. Require de ſancta Lucia pauloante.

DE SANCTO IOANNE Criſoſtomo. Oratio.

Deus q nos beati Ioannis confeſſoris tui atq; pontificis annua ſolẽnitate letificas, da nobis, q̃s eius interuenientibus meritis & ꝑpetua ꝓtectione muniri, & ſalutari gaudere ꝓfectu. Per.

SECRETA.

Preſta q̃s omp̃s deus, ut noſtrę humilitatis oblatio, & pro tuorum tibi grata ſint honore ſanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per.

COMPLENDA.

Quęſumus omp̃s deus, ut qui cœleſtia alimenta ꝑcepimus, intercedente beato Ionne cõfeſſore tuo atq; pontifice per hęc contra omnia aduerſa muniamur. Per.

IN OCTAVA DIVAE AGNETIS, Oratio.

Deus qui nos annua btẽ Agnętis martyris tuę iterata ſolẽnitate letificas da q̃ſumus, ut quã ueneramur officio etiam pie conuerſationis ſequamur exemplo. Per.

SECRETA.

Super has q̃s domine hoſtias bñdictio copioſa deſcendat, quę & ſanctificationẽ clemẽter nobis operetur.

Universidad de Deusto Biblioteca

& de martyrum nos ſolēnitate letificet. Per,

COMPLENDA.

Sumpſimus dñe celebritatis annuę uotiua ſacramenta p̄ſta q̄ſumus, ut & temporalis nobis uitæ remedia prębeant & æternę. Per,

DE SANCTA BRIGIDA Virgine. Oratio.

Deus qui ob declarandā uirginitatis integritatē & fidei meritū, ad tactū ſanctę Brigidę uirginis tuæ lignum aridū uiuere feciſti, concede, ꝓpicius, ut eius apud tuā miſericordiā p̄cibus adiuuemur, cuius non ſolū caſtitatis irradiamur exēplis, uerū etiā miraculorū glīa iocūdamur.

SECRETA.

Suſcipe qm̄s dñe ob honorem ſacrę uirginis Brigidæ munus oblatū, & quod noſtris aſſequi meritis non poſſumus, eiuſdē ſuffragantibus meritis largire, ꝓpicius. Per.

COMPLENDA.

Sanctę Brigidę uirginis tuæ dñe p̄cibus confidentes quęſumus clementiā tuā, ut per ea quæ ſumpſimus æterna remedia capiamus. Per.

IN GLORIOSISSIMAE VIRGINIS MARIAE PVRIFICATIONE. ORATIO.

Omp̄s ſempiterne deus, maieſtatē tuā ſuppliciter exoramus, ut ſicut unigenitus filius tuus hodierna die cū nr̄ę carnis ſubſtantia in tēplo eſt p̄ſentatus, ita nos facias purificatis tibi mētibus p̄n̄tari. ꝑ eūdē. SECRETA.

Exaudi dñe preces noſtras, & ut digna ſint munera q̄ oculꝭ tuę maieſtatis offerimus, ſubſidiū nobis tuę pietatis

impende. Per. COMPLENDA.

Queſumus dñe deus noſter, ut ſacroſancta myſteria, q̄ ꝓ noſtrę reparationis munimine contuliſti, intercedente btā Maria ſemper uirgine, & preſens nobis remediū eſſe facias & futurum. Per.

DE SANCTO BLASIO Epiſcopo, Oratio.

Votiuus nos dñe qm̄s dies btī Blaſij martyris tui atq; pōtificis natalis ſemꝑ excipiat, qui & iocunditatem nobis ſuę glīficatiōis infundat, & tibi reddat nos acceptos. per.

SECRETA.

Pręſentia munera qm̄s dñe ita ſerena pietate intuere, ut ſanctiſpūs ꝑfundant benedictione, & in noſtris cordibus eam dilectionē ualidā infundant, in qua ſanctus martyr Blaſius omnia corporis tormenta deuicit. Per.

COMPLENDA.

Sūpſimus dñe ſcti Blaſij martyris tui atq; pontificis ſolēnitate cęleſtia ſacramenta cuius ſuffragijs qm̄s largiaris, ut quod t̄paliter gerimus ęternis gaudijs cōſequamur. ꝑ.

DE SANCTA AGATHA uirgine & martyre, Oratio.

Deus qui inter cętera potētię tuę miracula, etiā in ſexu fragili uictoriā martyrij contuliſti, cōcede, ꝓpicius, ut cuius natalicia colimus, ꝑ eius ad te exēpla gradiamur. Per.

SECRETA.

Suſcipe domine munera, quæ in beatę Agathę martyris tuę ſolennitate deferimus, cuius nos cōfidimus patrocinio liberari. Per.

Universidad de Deusto Biblioteca

COMPLENDA.

Auxilientur dñe nobis ſumpta myſteria, & itercedēte btā Agatha martyre tua, ſempiterna ꝓtectōe cōfirmēt. ꝑ.

DE. S. DOROTHEA VIRGI. ET MAR.

ORARIO,

Omnipotens ſempiterne deus, in cuius nomie glorioſa uirgo & martyr Dorothea multorū gn̄a tormentorū ſupauit, te ſuppliciter exoramus, ut eius interuētu cūcta pericula uincamus, ipamq; in neceſſitatibus noſtris adiutricem cœleſtem ſentiamus, Per. SECRETA,

Sacrificiū laudis tuæ tibi dñe deus nr̄ offerimus, tuam clementiā implorātes, ut per huius uirtutē ſacramenti, intercedente btā Dorothea martyre tua nos a pc̄tis expedias, & a periculis oībus tuearis. Per. COMPLENDA,

Sacramentū humanæ redemptiōis, qđ in honore btē Dorotheæ martyris tuæ ſumpſimus, tibi nos reddat acceptos, ut hoc qđ accepimus, ipſe de tuo & tu de noſtro ſumpſiſti, in tua ſemper unione uiuamus. Per.

DE DIVA APPOLONIA VIRGINE ET MARTYRE ORATIO.

Deus, ꝓ cuius ſanctiſſimi noīs honore btā Appolonia uirgo & martyr amarā & horribilē dentiū excuſſionem ſuſtinuit, preſta, ut oēs qui eius uenerādā cōmemorationem pia deuotiōe frequētant, a tetro dentium dolore, immunes cuſtodias, & poſt huius ſeculi ærumnas, ad beatæ patriæ gaudia perducas, Per.

SECRETA.

Preſta quæ ſumus dñe deus, ut ſicut in tuo conſpectu mors eſt precioſa ſanctoꝝ, ita eoꝝ merita uenerantium accepta tibi reddatur oblatio. Per.

COMPLENDA.

Sanctificet nos dñe qs̄ tui perceptio ſacramenti, & interceſſio beatæ Appoloniæ martyris tuæ tibi reddat acceptos. Per. DE SANCTA SCOLASTICA VIRGINE, ORATIO.

Familiam tuam qs̄ dñe btē uirginis tuę Scolaſticæ meritis propicius reſpice, ut ſicut ipſius præcibus ad obtinendum qđ cupiuit imbrem cœlitus deſcēdere feciſti, ita eius pręcibus ariditatem noſtri cordis ſuperne digneris gratiæ tuæ rore perfundere. Per.

SECRETA.

Suſcipe qs̄ dñe ad honorē ſacræ uirginis tuæ Scolaſticæ munus oblatū, & qđ noſtris aſſequi meritis non ualemus, eiuſdem ſuffragantibus largire, ꝓpicius. Per.

COMPLENDA.

Quos cœleſti domine refectione ſatiaſti, beatæ quæſumus uirginis tuæ Scolaſticæ meritis, a cūctis exue propiciatus aduerſis. Per.

DE DIVO VALENTINO EPISCOPO ET MARTYRE, ORATIO.

Pręſta quæſumus omnipotens deus, ut qui beati Valentini martyris tui natalitia colimus, a cunctis malis imminentibus eius interceſſione liberemur. Per.

SECRETA.

Oblatis quæſumus domine placare muneribus, & intercedente beato Valentino martyre tuo a cunctis nos defende periculis, Per.

COMPLENDA.

Sit nobis dñe reparatio mẽtis & corꝑis cœleſte myſteriũ, ut cuius exequimur actionẽ, ſentiamus effectũ. Per.

DE SANCTA IVLIANA VIRGINE ET MARTYRE. ORATIO.

Indulgentiã nobis dñe btã Iuliana martyr imploret, quę tibi grata ſemꝑ extitit, & merito caſtitatis & tuę profeſſione uirtutis, Per.

SECRETA.

Munera ppl'i tui dñe placabilis dextera tua ſuſcipiat, et ſanctę Iulianę ſuffragantibus meritis deuotiõi nrę ꝓficiant & ſaluti. Per.

COMPLENDA.

Beatę Iulianæ martyris tuæ dñe precibus confidẽtes, q̃ſumus clementiã tuam, ut per ea quę ſumpſimus, æterna remedia capiamus. Per.

IN CATHEDRA SANCTI PETRI. Oratio.

Deus qui apl'o tuo Petro collatis clauibus regni cœleſtis animas ligandi atq; ſoluendi pontificiũ tradidiſti, cõcede ut interceſſiõis eius auxilio a peccatorum noſtroꝝ nexibus liberemur, Per.

SECRETA.

Eccleſię tuæ q̃ſumus domine p̃ces & hoſtias btĩ Petri

apoſtoli tui cõmendet oratio, ut quod ꝓ illius gloria celebramus, nobis proſit ad ueniam. Per.

COMPLENDA.

Lętificet nos dñe munus oblatũ, ut ſicut in apoſtolo tuo Petro te mirabilẽ deũ predicamus, ſic per illũ tuæ ſumamus indulgentię largitatem. Per.

DE SANCTO MATHIA APOSTOLO. ORATIO.

Deus qui beatum Mathiam apoſtoloꝝ tuorum collegio ſociaſti, tribue q̃ſumus, ut eius interuentione tuę circa nos pietatis ſemꝑ uiſcera ſentiamus. Per.

SECRETA.

Deus qui proditoris apoſtatę ruinam (ne apl'orũ tuorum numerus ſacratus perfectiõe careret) beati Mathiæ electiõe ſuppleſti, p̃ſentia munera ſãctifica, & per ea nos gratię tuę uirtute confirma. Per.

COMPLENDA,

Preſta q̃ſumus omp̃s deus, ut per hæc ſancta quę ſumpſimus, interueniente beato Mathia apoſtolo tuo, ueniã conſequamur & pacem. Per.

DE SANCTIS PERPETVA ET FOELICITATE. ORATIO.

Da nobis q̃ſumus dñe deus noſter, ſanctarum martyrum palmas inceſſabili deuotione uenerari, ut quas digna mente non poſſumus celebrare, humilibus ſaltem frequentemus obſequijs. Per. SECRETA.

Universidad de Deusto Biblioteca

Intende dñe munera q̃ms altaribus tuis pro ſanctarum tuarꝝ Perpetuę & Fœlicitatis cõmemoratiõe p̄po ſita, ut ſicut per beata myſteria illis gloriã contuliſti, ita nobis indulgentiã largiaris. Per,

COMPLENDA

Prętende nobis dñe q̃ms intercedẽtibus tuis ſanctis ut quę ore contingimus pura mente capiamus. Per

DE DIVO GREGORIO PAPA. Oratio.

Deus qui animę famuli tui Gregorij æternę beatitudinis premia cõtuliſti, cõcede ꝓpicius, ut qui peccatorum noſtrorum põdere p̄mimur, eius apud te precibus adiuuemur. Per dñm. SECRETA.

Annue nobis dñe, ut animę famuli tui Gregorij hæc proſit oblatio, quã immolando totius mundi tribuiſti relaxare delicta. Per. COMPLENDA.

Deus qui beatũ Gregoriũ pontificẽ ſanctorũ tuorum meritis coequaſti, concede ꝓpicius, ut qui cõmemorationis eius feſta colimus, uitæ quoq; imitemur exempla. p.

DE SANCTA GERTRVDE uirgine.

ORATIO.

Familiam tuã q̃ms dñe ſupplicantẽ propicius reſpice ut quę te inſpirãte depoſcit, beatę Gertrudis uirginis tuę patrocinijs ſubleuemur. Per.

SECRETA.

Hoſtias quas tibi offerimus q̃ſumus domine ꝓpicius ſuſcipe, & interceſſiõe beatę Gertrudis uirginis tuę, uincula peccatorum noſtrorum abſolue, Per.

COMPLENDA.

Pręſta q̃ms dñe deus noſter, ut interceſſione ſctẽ Gertrudis uirginis, ſacramenta quę ſumpſimus, ad pręſentẽ perpetuã que nobis ꝓficiant ſalutem. Per.

DE DIVO BENEDICTO ABBATE. Orõ.

Om̄ps ſempiterne deus, q̄ hodierna die carnis eductũ ergaſtulo beatiſſimum confeſſorem Benedictũ ſubleuaſti ad cœlum, cõcede q̃ſumus, hęc feſta tuis famulis celebrantibus cunctorꝝ ueniam delictorꝝ ut qui exultãtibus animis eius claritati congaudent, ipſo apud te interueniẽte conſocientur & meritis. Per. SECRETA.

Oblatis dñe ob honorẽ beati cõfeſſoris tui Benedicti placare muneribus, & ꝗ ipſius tuis famulis interuentu cunctorꝝ tribue indulgentiã peccatorũ. Per. Complenda.

Perceptis dñe tui corporis & ſanguinis ſacramẽtis, cõcede nobis, ſupplicante beato Benedicto confeſſore tuo ita muniri, ut & temporalibus abũdemus cõmodis & fulciamur æternis. Per dominũ.

IN ANNVNCIATIONE GLORIOSISSIMAE.

VIRGINIS MARIAE ORATIO.

Deus q̄ hodierna die uerbũ tuũ beatę Marię uirginis aluo coadunare uoluiſti, fac nos ita Conceptionis eius ſacramenta peragere, ut tibi placere ualeamus Per.

SECRETA.

In mentibus nr̄is dñe fidei ſacramenta cõfirma, ut qui conceptũ de uirgine deum uerũ & hominẽ cõfitemur ꝑ eius ſalutiferę reſurrectiõis potentiã, ad æternam merea

Universidad de Deusto Biblioteca

mur pͦuenire leticiā.Per, COMPLENDA.

Grām tuā qm̄s dn̄e mentibus noſtris infunde, ut q angelo nūciante Chriſti filij tui incarnationē cognouimus, per paſſionē eius & crucē ad reſurrectionis gloriā pducamur.Per.

DE SANCTO AMBROſio Ep̄o.Or̄o.

Deus qui populo tuo æternæ ſalutis btm̄ Ambroſiū miniſtrū tribuiſti,pſta qm̄s, ut quē doctorem uitæ habuimus in terris,interceſſorē habere mereamur in cœlis.p.

SECRETA.

Oblatis dn̄e placare muneribus & intercedēte btō Ambroſio cōfeſſore tuo atqꝫ pōtifice,a cunctis nos defende periculis.Per. COMPLENDA

Deus fideliū remunerator aīarꝫ,pſta,ut bti Ambroſij confeſſoris tui atqꝫ pontificis meritis tuā miſcd'iam cōſeq (mur.p.

DE DIVO LEONE PAPA.Or̄o.

Exaudi qm̄s dn̄e pces nr̄as,quas in bti Leonis cōfeſſoris tui atqꝫ pōtificis ſolēnitate deferimus,ut qui tibi digne meruit famulari,eius intercedētibus meritis. ab om̄ibus nos abſoluas pctis.p. SECRETA.

Beati Leonis cōfeſſoris tui atqꝫ pontificis qm̄s dn̄e,annua ſolēnitas,pietati tuæ nos reddat acceptos, ut per hæc piæ placatiōis officia,& illū btā retributio comitet̄,et nobis gr̄æ tuæ dona concilient̄.p. COMPLENDA

Deus fideliū remunerator aīarꝫ,pſta,ut btī Leonis cōfeſſoris tui atqꝫ pontificis,cuius uenerādā celebramus ſolennitatē.pcibus indulgentiā cōſequamur.Per

DE SANCTO TIBVRTIO ET VAleriano Martyribus. Oratio.

Preſta qm̄s om̄ps deus,ut qui ſctoꝝ martyꝝ tuoꝝ Tiburtij & Valeriani atqꝫ Maximi ſolēnia colimus,eorum etiā uirtutes imitemur.Per.d. SECRETA.

Hoſtia hæc dn̄e quā in ſctoꝝ tuoꝝ natalicijs recenſentes offerimus, & uincula nr̄æ prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſcd'iæ dona cōciliet.p.d. OCMPLENDA.

Sacro munere ſatiati ſupplices te dn̄e depcamur,ut qd' debitæ ſeruitutis celebramus officio,ſaluationis tuæ ſentiamus augmentū.Per dn̄m.

DE DIVO GEORGIO MARTYRE ORATIO,

Deus qui nos bti Georgij martyris tui meritis & interceſſione letificas,concede,ppicius,ut qui eius bn̄ficia poſcimus,dono tuæ gr̄e conſequamur.p. SECRETA.

Munera dn̄e oblata ſctifica,& intercedente btō Georgio martyre tuo,nos p hæc a pctoꝝ nr̄oꝝ maculis emunda.Per. COMPLENDA.

Supplices te rogamus om̄ps deus,ut quos tuis reficis ſacramētis,intercedēte btō Georgio martyre tuo,tibi etiā placidis moribus dignanter tribuas deſeruire.Per.

PARTIS HYBERNE FINIS,

INCIPIVNT SACRAE ECCLESIAE ORATIOnes(quæ collectæ dicuntur)per totius anni curſum,de ſanctis,pars altera æſtiualis.

Universidad de Deusto Biblioteca

DE SANCTO MARCO Euangeliſta. Oratio.

Deus qui btm̃ Marcũ Euãgeliſtã tuũ euãgelicæ ꝑdicationis gr̃a ſublimaſti, tribue qm̃s, eius nos ſp & eruditiõe ꝓficere & orõne defendi. p.

SECRETA

Beati Marci euangeliſtę tui ſolẽnitate tibi munera deferẽtes, qm̃s dñe, ut ſicut illum predicatio euãgelica fecit glorioſum, ita nos eius interceſſio, & uerbo & opere tibi reddat acceptos, Per.

COMPLENDA.

Tribuãt nobis qm̃s domine continuũ tua ſancta preſidium, quo beati Marci Euãgeliſtæ tui, precibus ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Per.

VITALIS MARTYRIS. ORATIO

Preſta qm̃s omnipotẽs deus, ut intercedente btõ Vitale martyre tuo, & a cunctis aduerſitatibus liberemur in corpore, et a prauis cogitatiõibus mũdemur in mẽte. p.

SECRETA.

Accepta ſit in cõſpectu tuo dñe nr̃a deuotio, & eius nobis fiat ſupplicatione ſalutaris, pro cuius ſolẽnitate defertur. Per.

COMPLENDA.

Refecti participatione muneris ſacri qm̃s dñe deus noſter, ut cuius exequimur cultũ, ſentiamus effectũ. Per.

DE DIVO PETRO

Martyre Oratio.

Preſta qm̃s omp̃s deus, ut beati petri martyris tui fidẽ congrua deuotione ſectemur, qui p̃ eiuſdem fidei dilatationem martyrij palmã meruit obtinere. Per.

SECRETA.

Preces quas tibi dñe offerimus, intercedẽte btõ Petro Martyre tuo clemẽter intende, & pugiles fidei ſub tua ꝓtectione cuſtodi. per.

COMPLENDA.

Fideles tuos cuſtodiant ſacramenta que ſumpſimus, et intercedente btõ Petro martyre tuo, cõtra omnes aduerſos tueantur incurſus, Per.

DE SANCTIS PHILIPPO ET IACOBO APOSTOLIS.

ORATIO.

Deus qui nos annua apoſtolorꝫ tuorꝫ Philippi & Iacobi ſolẽnitate letificas, preſta qm̃s, ut quorꝫ gaudemus meritis inſtruamur exemplis, Per.

SECRETA.

Munera dñe quæ ꝓ apoſtolorũ tuorꝫ Philippi & Iacobi ſolẽnitate deferimus ꝓpicius reſpice, & mala omnia q̃ meremur auerte. Per.

COMPLENDA.

Quæſumus dñe ſalutaribus repleti myſterijs, ut quorũ ſolẽnia celebramus, eorꝫ orõnibus adiuuemur. Per.

DE SANCTA Vualpurge uirgine.

ORATIO.

Deus qui inter cetera innumera gratiæ tuæ dona etiã in ſexu fœmineo tua oparis magnalia, concede ꝓpicius, ut btẽ Vualpurgis uirginis tuæ apud miſericordiã tuam patrocinia ſentiamus, cuius non ſolum caſtitatis illuſtramur exẽplis, uerꝫ etiã miraculorꝫ gloria iocundamur. p.

SECRETA.

Hanc hoſtiã dñe tibi dicãdã angelica oculis tuę maie

Universidad de Deusto Biblioteca

ſtatis perferat celſitudo, & placabilem tibi & oĩbus tuis eſſe perficiat. Per, COMPLENDA.

Satiati corporis & ſanguinis dñici alimonia dñe deus noſter, ſupplici deuotione depoſcimus, ut btã Vualpurga patrocinante, hæc eadẽ ſacra myſteria ad uegetationẽ animarũ noſtrarũ ꝑuenire iugiter ſentiamus. Per.

DE. S. ATHANASIO EPISCOPO. Orõ.

Pr̃a qm̃s omp̃s deus, ut btũs Athanaſius tibi placita fulgẽs pontificatus ſorte, pietati tuæ nos ſupplicatiõe ſua cõmendet. Per. SECRETA.

Sancti Athanaſij cõfeſſoris tui atq; põtificis qm̃s dñe annua ſolennitas pietati tuæ nos reddat acceptos, ut per piæ placationis officia, & illũ btã retributio comitetur, et nobis grã tuæ dona concilientur. Per. Complenda.

Quæſumus omp̃s deus, ut q cœleſtia alimenta ꝑcepimus, intercedente btõ Athanaſio confeſſore tuo atq; põtifice, per hæc contra omnia aduerſa muniamur. Per,

DE INVENTIONE SANCTAE
CRVCIS ORATIO.

Deus qui in ꝑclara ſalutiferæ crucis inuentione, paſſionis tuæ miracula ſuſcitaſti, concede, ut uitalis ligni ꝑcio æternæ uitæ ſuffragia conſequamur. Per.

SECRETA.

Sacrificiũ dñe qđ immolamus placatus intende, ut ab omni nos exuat bellorꝫ nequicia, & ꝑ uexillũ ſctẽ crucis filij tui, ad cõterendas ptãtes, & aduerſariorꝫ inſidias nos in tuæ ꝓtectionis ſecuritate cõſtituat. Per, Complenda

Repleti alimonia cœleſti, & ſpiritali poculo recreati qm̃s omp̃s deus, ut ab hoſte maligno defendas quos per lignũ ſanctæ crucis filij tui, armis iuſticiæ pro ſalute mundi triumphare iuſſiſti. Per.

DE SANCTIS ALEXANDRO. EVEN
tio & Theodolo martyribus, Orõ.

Præſta qm̃s omp̃s deus, ut qui ſanctorꝫ tuorꝫ Alexãdri, Euencij & Theodoli natalicia colimus, a cũctis malis imminẽtibus, eorꝫ interceſſionibus liberemur. Per.

SECRETA.

Sup has qm̃s dñe hoſtias bñdictio copioſa deſcẽdat, q̃ et ſctificationẽ nobis clemẽter opet̃, & de martyrꝫ tuorꝫ nos ſolẽnitate letificet. per. COMPLENDA.

Refecti participatione muneris ſacri qm̃s dñe deus noſter ut quorꝫ exequimur cultũ, ſentiamus effectũ, Per.

DE SANCTO FLORIANO martyre. Orõ

Adeſto ſupplicatiõibus nr̃is omp̃s deus, ut q ex iniquitate nr̃a reos nos eſſe cognoſcimus, bti Floriani martyris tui interceſſione liberemur. SECRETA.

Muneribus nr̃is qm̃s dñe ꝑcibuſq; ſuſceptis, intercedente btõ Floriano martyre tuo, & cœleſtibus nos munda myſterijs, & clemẽter exaudi. p. COMPLENDA.

Qm̃s omp̃s deus, ut qui cœleſtia alimẽta ꝑcepimus, intercedẽte btõ Floriano martyre tuo, ꝑ hæc contra oĩa aduerſa muniamur. q. DE. S. Ioãne añ portã latinã, orõ.

Deus q cõſpicis quia nos undiq; mala nr̃a ꝑturbãt, pr̃a qm̃s, ut bti Ioãnis apl̃i tui interceſſio glioſa nos ꝓtegat. p.

Universidad de Deusto Biblioteca

SECRETA.

Muneribus nr̃is q̃s dñe precibuſq; ſuſceptis, intercedente bt̃o Ioanne apl'o tuo, & cœleſtibus nos munda myſterijs, & clementer exaudi. Per.

COMPLENDA.

Refecti domine pane cæleſti ad uitam q̃ſumus nutriamur æternam. Per.

DE DIVO VICTORE MARTYRE. Oratio.

Fortitudo fideliũ deus & martyrũ coronator, cuius gratia beatus uictor in diuerſis cruciatibus tui noĩs extitit auctor, concede ꝓpicius, ipſius orationũ ſuffragijs, oĩm malignarũ tentationũ nos eẽe uictores. Per.

SECRETA & cõplenda, ut de ſancto Floriano martyre, mutato tm̃ nomine proprio.

DE SANCTIS GORDIANO EPIMACHO ET SOPHIA MARTIRIBVS. ORATIO.

Da q̃ſumus omp̃s deus, ut qui beatoꝝ martyrũ tuoꝝ Gordiani, Epimachi, Sophię, Fidei, Spei atque charitatis ſolẽnia colimus, eorum apud te interceſſionibus adiuuemur. Per.

SECRETA.

Hoſtias tibi dñe beatoꝝ martyrũ tuorum Gordiani, Epimachi, Sophię, Fidei, Spei atque Charitatis, dicatas meritis benignus aſſume & ad perpetuũ nobis tribue ꝑuenire ſubſidiũ. Per.

COMPLENDA

Quæſumus omp̃s deus, ut q̃ cœleſtia alimenta ꝑcepimus, intercedentibus ſanctis tuis, Gordiano, Epimacho, Sophia, Fide, Spe atq; Charitate, per hęc cõtra omnia ad

uerſa muniamur. Per.

DE DIVIS NEREO. ACHILLEO ATQVE PANGRACIO MARTYRIBVS, ORATIO.

Preſta q̃s omp̃s deus, ut qui beatoꝝ martyrũ tuorũ Nerei, Achillei, atq; Pangracij natalicia colimus, eorum apud te interceſſionibus liberemur, Per,

SECRETA.

Munera tibi q̃s dñe dicata ſanctifica, & intercedẽtibus beatis martyribus tuis, Nereo, Achilleo atque Pangracio per eadem nos placatus intende, Per.

COMPLENDA.

Beatoꝝ martyrum tuorũ Nerei, Achillei & Pangracij interceſſione placatus dñe, preſta q̃s, ut quę temporali celebramus actione, ꝑpetua ſaluatione capiamus. P̱.

DE SANCTA MARIA AD Martyres. Oratio.

Cõcede q̃ſumus omp̃s deus, ad eoꝝ nos gaudia æterna pertingere, de quoꝝ nos uirtute tribuis annua ſolennitate gaudere, Per,

SECRETA.

Super has q̃s dñe hoſtias benedictio copioſa deſcendat, que & ſc̃tificationẽ clementer nobis operetur, & de martyrum nos ſolennitate letificet. Per,

COMPLENDA.

Supplices te rogamus omp̃s deus, ut quos tuis reficis ſacramentis, tibi etiã placitis moribus dignanter deſeruire concedas. Per.

Universidad de Deusto Biblioteca

DE DIVO VRBANO Papa & martyre.

ORATIO.

Da q̃ms omp̃s deus, ut qui beati Vrbani martyris tui atq; pōtificis ſolēnia colimus, eius apud te patrocinia ſentiamus, Per.

SECRETA.

Hæc hoſtia q̃ms dñe emundet noſtra delicta, & ad ſacrificiũ celebrandũ ſubditorꝝ tibi corpa menteſq; ſanctificet, Per.

COMPLENDA.

Refecti participatiõe muneris ſacri, q̃ms dñe deus noſter, ut cuius exequimur cultũ ſentiamus effectũ. Per.

DE SANCTO NICOMEDE Martyre. Orõ.

Deus qui nos bti Nicomedis martyris tui meritis & interceſſiõe letificas, concede, ꝓpicius, ut qui eius bñficia poſcimus, dona tuæ gratiæ conſequamur. Per.

SECRETA.

Munera dñe oblata ſanctifica, & intercedente beato Nicomede martyre tuo, nos per hæc a pctõrum noſtrorum maculis emunda.

COMPLENDA.

Supplices te rogamus omnipotens deus, ut quos tuis reficis ſacramentis, intercedente beato Nicomede martyre tuo, tibi etiam placitis moribus dignanter tribuas deſeruire, Per.

DE DIVIS MARCELLINO ET PETRO Martyribus. Oratio.

Deus qui nos annua beatorũ Marcellini & Petri martyrum tuorum ſolennitate letificas, præſta quæſumus, ut quorũ gaudemus meritis, prouocemur exemplis. Per.

SECRETA.

Hæc hoſtia quæſumus domine quoniã in ſanctorum tuorum natalicia receſentes offerimus, & uincula noſtræ prauitatis abſoluat, & tuæ nobis miſericordiæ, dona conciliet. Per.

COMPLENDA.

Sacro munere ſatiati ſupplices te domine deprecamur ut quod debitæ ſeruitutis celebramus officio, ſaluatiõis tuæ ſentiamus augmentũ, Per.

DE SANCTIS BONIFACIO ET EIVS SOCIIS.

ORATIO,

Deus qui multitudinem populorum beati Bonifacij pontificis atq; martyris tui & ſociorum eius inſtantia, ad agnitionem tui ſancti nominis uocare dignatus es, cõcede propicius, ut quorum ſolēnia colimus, eorum patrocinia ſentiamus. Per.

SECRETA.

Accepta ſit in conſpectu tuo domine quæſumus, noſtræ humilitatis oblatio. & ſancti martyris tui Bonifacij atq; ſacerdotis & ſociorum eius fiat ſupplicatione ſaluteris, pro quorum ſolēnitate defert. p.

COMPLENDA.

Supplices te rogamus omnipotens deus, ut intercedẽtibus ſanctis tuis, beato Bonifacio martyre tuo atq; pontifice & ſocijs eius, in quorum feſtiuitate hæc cœleſtiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſacramenta ſumpſimus, & tua in nobis ſemp̱ dona multi
plices, & uitã noſtrã ab omni aduerſitate defendas. Per.

DE DIVO MEDARDO ep̃o Oratio.

Deus qui ſctãm nobis huius diei ſolẽnitatem in hono
re ſancti Medardi cõfeſſoris tui atq; pontificis cõſecraſti
adeſto familiæ tuæ præcibus, & dona, ut cuius feſta cele
bramus, eius merito & auxilio ſubleuemur. Per.

SECRETA.

Reſpice qm̃s dñe populũ tuũ ad tua ſacramenta currẽ
tem, & p̃ſentem feſtiuitatẽ ſancti cõfeſſoris tui atq; ponti
ficis Medardi celebrantem, ut qđ in honore tui noĩs detu
lerũt, cunctis proſit ad ueniã. Per.

COMPLENDA.

Gratias agimus tibi dñe deus noſter, ut qui nos cœle
ſti medela reparare dignatus es, da qm̃s pc̃tis noſtris ueni
am, ſicut btõ Medardo confeſſori tuo dediſti ſedẽ pontifi

DE DIuis Primo & Feliciano martyribus, or̃o. (catus p̱.

Fac nos dñe ſctõrum tuoꝝ qm̃s Primi & Feliciani ſp̱
feſta ſectari, quoꝝ ſuffragijs ꝓtectionis tuæ dona ſentia
mus. Per,

SECRETA.

Fiat dñe qm̃s hoſtia ſacranda placabilis p̃cioſi celebri
tate martyrij, quæ & pc̃tã noſtra purificet, & tuorum tibi
uota cõciliet famulorũ. Per.

COMPLENDA.

Quæſumus omnipotens deus, ut ſanctorũ tuorũ Pri
mi & Feliciani cœleſtibus myſterijs celebrata ſolennitas
indulgentiam nobis tuæ propiciationis acquirat. Per,

DE DIVO BARNABA Apoſtolo. Oratio.

Deus cuius ſpiritu monente beatus Barnabas apoſto
lus, una cũ ſancto Paulo ſegregatus eſt electione ſup̱na,
ad predicandũ euangeliũ gentibus Chriſti filij tui, conce
de ꝓpicius, ut gentiũ populus eum pium apud miſericor
diam tuam interceſſorem ſentiat, quẽ æternę uite te lar
giente meruit habere predicatorem. Per eundem. &c.

SECRETA

Præſentia munera quæſumus domine placito uultu
intuere, & pręſta, ut ſancti ſpiritus perfundantur benedi
ctione, & in noſtris cordibus eã dilectionem ualidius in
fundant, per quam apoſtolus tuus Barnabas omnia dele
ctamenta mũdi deuicit. Per eiuſdem.

COMPLENDA.

Beati Barnabę apoſtoli tui nos qm̃s domine feſta tueã
tur. & eius tuæ maieſtati cõmendet or̃o uenerãda. Per.

DE SANCTA BASILIDE, CYRINO.
NABORE. NAZARIO ET
Celſo Martyribus. Or̃o.

Sanctorũ Baſilidis, Cyrini, Naboris, Naçarij atq; Cel
ſi, queſumus domine natalicia nobis uotiua reſplẽdeant,
& quod illis contulit excellẽtia ſempiterna, fructibus no
ſtrę deuotiionis accreſcat. per,

SECRETA.

Pro ſanctorũ Baſilidis, Cyrini, Naboris, Naçarij, atq;
Celſi ſanguine uenerando, hoſtias tibi domine ſolẽniter
immolamus, tua mirabilia pertractantes, per quem talis

Universidad de Deusto Biblioteca

eſt perfecta uictoria. Per.

COMPLENDA.

Semper domine ſanctorũ martyrum Baſilidis, Cirini, Naboris, Naçarij atque Celſi ſolennia colimus, ut eorum patrocinia iugiter ſentiamus. Per.

DE DIVIS VITO ET MODESTO MARTYRIBVS, ORATIO.

Familiam tuam quæſumus domine ſupplicantẽ propicius reſpice, ut quę te inſpirante depoſcit, beatorꝫ martyrum tuorum, Viti & Modeſti & Creſcentiæ, patrocinijs conſequatur, Per.

SECRETA.

Suſcipe domine hoc ſacrificium placationis & laudis, quod nos interuenientibus ſanctis tuis. Vito, Modeſto & Creſcẽtia, perducat ad ueniã & in perpetuã gratiarũ conſtituat actionem. Per,

COMPLENDA.

Aſſit nobis dñe q̃ſumus beatiſſimorum martyrũ tuorum, Viti, Modeſti & Creſcentię, ſancta precatio, q̃ nos & a terrenis affectibus inceſſanter expediat, & cœleſtia deſideria perficiat. Per.

DE SANCTIS MARCO ET MARCELLIANO MARTYRIBVS, ORATIO.

Pręſta q̃ſumus omp̃s deus, ut qui ſanctorꝫ Marci & Marcelliani natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus eorum interceſſionibus liberemur. Per.

SECRETA.

Munera tibi domine dicata ſanctifica, & intercedentibus beato Marco & Marcelliano per eadẽ nos placatus intende. Per.

COMPLENDA.

Libantes domine menſę tuę beata myſteria q̃ſumus ut beatorum Marci & Marcelliani interuentione ſanctorum, & temporalem nobis miſericordiam conferant & æternam. Per.

DE DIVIS GERVASII ET PROTHASII MARTYRIBVS ORATIO.

Deus qui nos annua ſanctorꝫ tuorũ Geruaſij & Prothaſij ſolennitate lętificas, concede ꝓpicius, ut quorꝫ gaudemus meritis accendamur exemplis, Per.

SECRETA.

Oblatis q̃ſumus dñe placare muneribus & intercedẽtibus ſanctis tuis, a cũctis nos defende ꝑiculis. Per.

COMPLENDA.

Hęc nos cõmunio dñe purget a crimine, & intercedẽtibus ſctis tuis cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes, Per.

DE SANCTO ALBAMO Martyre. Oratio.

Beati Albani martyris tui q̃ms domine ſupplicatione placatus, & ueniam nobis tribue, & remedia ſempiterna concede. Per.

SECRETA.

Hæc nos oblatio deus mundet a crimine, & intercedẽte btõ Albano martyre renouet, gubernet & ꝓtegat. p.

COMPLENDA.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sit dñe q̃ſumus btũs Albanus martyr noſtrę fragilitatis adiutor & pro nobis tibi ſupplicans copioſius audiatur. Per.

DE DECEM MARTYRVM milibus. Oratio.

Deus qui ad imitandũ tuę paſſionis exemplũ, decem milia martyrũ crucis patibulũ ſubire fœciſti, concede ꝓpicius, ut qui eoꝝ paſſionem ueneramur in terris, paſſionis tuę remedia conſequamur in cœlis. Per.

SECRETA.

Votiua dñe munera deferẽtes in ſanctoꝝ tuorum decemmilium martyrũ paſſione tuã magnificentiã ueneramur, & pium nobis imploramus tuę pietatis auxiliũ. per.

COMPLENDA.

Libantes dñe menſę tuę btã myſteria q̃ms. ut beatoꝝ decem milium martyrum interuentione, & tẽporalẽ nobis miſericordiã conferant & æternam, Per,

IN VIGILIA IOANNIS BAPTISTAE,

ORATIO,

Pręſta q̃ſumus omps deus, ut familia tua ꝑ uiam ſalutis incedat, & beati Ioannis p̃curſoris hortamẽta ſectãdo ad eum quẽ p̃dixit ſecura ꝑueniat. Per dñm

SECRETA.

Munera domine oblata ſanctifica, & intercedẽte beato Ioanne Baptiſta, nos per hæc a peccatoꝝ noſtroꝝ maculis emunda, Per.

COMPLENDA.

Beati Ioannis Baptiſtę nos dñe p̃clara comitetᷣ orõ. & quẽ uenturũ eſſe prędixit. poſcat nobis fauere placatũ. p.

IN DIE SANCTO. ORATIO.

Deus qui pręſentem diem honorabilẽ nobis in beati Ioãnis natiuitate tribuiſti, da populis tuis ſpiritalium gratiam gaudiorum, & omniũ fidelium mẽtes dirige in uiã ſalutis æternę, Per.

SECRETA.

Tua domine muneribus altaria cumulamus illius natiuitatem honore debito celebrantes, qui ſaluatorẽ mundi & cecinit affuturum & adeſſe monſtrauit. Dñm nr̃m

COMPLENDA.

Sumat eccleſia tua deus beati Ioannis Baptiſtę generatione lęticiam, per quem ſuę regenerationis cognouit autorem, Dominũ noſtrum.

ORATIO DE SANCTO IOANNE BAPTISTA.

Omnipotens ſempiterne deus, da cordibus noſtris illam tuarũ rectitudinem ſemitarum, quã beatus Ioannes Baptiſta in deſerto uox clamantis edocuit, Per.

DE SANCTO IOANNE ET PAVLO MARTYRIBVS,

ORATIO

Quęſumus omnipotens deus, ut nos geminata lęticia hodiernę feſtiuitatis excipiat, quæ de beatorum Ioannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & paſſio uere fecit eſſe germanos, Per,

SECRETA.

Hoſtias tibi domine ſanctorum martyrũ tuorum Io

Universidad de Deusto Biblioteca

annis & Pauli meritis dicatas benignus aſſume, & ad per
petuũ nobis tribue prouenire ſubſidium. Per.

COMPLENDA.

Sumpſimus domine ſanctorꝫ martyrum tuorum Io
annis & Pauli ſolennia celebrantes cœleſtia ſacramenta,
pręſta q̃ſumus ut quod temꝑaliter gerimus æternis gau
diis conſequamur. Per.

DE SANCTO LEONE PAPA. ORATIO.

Deus qui beatum Leonem pontificẽ tuũ, ſanctorum
tuorum meritis coequaſti, cõcede propicius, ut qui com
memorationis eius feſta ꝑcolimus uitæ quoq; imitemur
exempla. Per.

SECRETA.

Annue nobis domine ut animę famuli tui Leonis hec
proſit oblatio, quã immolando totius mundi tribuiſti re
laxari delicta, Per.

COMPLENDA.

Deus qui animę famuli tui Leonis æternę beatitudinis
pręmia contuliſti, cõcede propicius, ut qui peccatorum
noſtrorum põdere ꝑmimur, eius apud te precibus ſuble
uemur. Per.

IN VIGILIA PETRI ET PAVLI APO
STOLORM. ORATIO.

Pręſta quęſumus omnipotens deus, ut nullis permit
tas nos ꝑturbationibus concuti, quos in apoſtolicæ con
feſſionis petra ſolidaſti. Per

SECRETA.

Munus populi tui domine q̃ſumus apoſtolica inter

ceſſione ſanctifica, noſque a peccatorum noſtrorũ macu
lis emunda, Per.

COMPLENDA.

Quos cœleſti domine alimento ſatiaſti apoſtolicis in
terceſſionibus ab omni aduerſitate cuſtodi. Per.

IN DIE SANCTO. ORATIO.

Deus qui hodiernam diẽ apoſtolorꝫ tuorum Petri &
Pauli martyrio conſecraſti, da eccleſię tuæ eorũ in omni
bus ſeq; pręceptũ per quos religiõis ſumpſit exordiũ. per.

SECRETA.

Hoſtias domine quas nomini tuo ſacrãdas offerimus
apoſtolica ꝓſequatur oratio, per quã nos expiari tribuis
& defendi. Per.

COMPLENDA.

Quos cœleſti domine alimento ſaciaſti, apoſtolicis
interceſſionibus ab omni aduerſitate cuſtodi. Per.

IN COMMEMORATIONE SANCTI
PAVLI, ORATIO,

Deus qui multitudinẽ gentium beati Pauli apoſtoli
predicatiõe docuiſti, da nobis q̃ſumus, ut cuius natalicia
colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per.

SECRETA

Eccleſię tue q̃ſumus domine ꝑces & hoſtias apoſtoli
ca cõmẽdet oratio, ut quod pro illius gloria celebramus
nobis proſit ad ueniam. Per.

COMPLENDA.

Perceptis dñe ſacramẽtis beatis apoſtolis interuenien
tibus deꝑcamur, ut quę ꝓ illorum celebrata ſunt gloria
nobis proficiant ad medelam. Per.

Universidad de Deusto Biblioteca

ORATIO.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter, & apoſtolorum tuorum Petri & Pauli nos tuere preſidijs, quoꝝ donaſti fideles eſſe doctrinis. Per.

IN FESTO VISITATIONIS GLORIOSISSIMAE BEATAE MARIAE VIRGINIS, ORATIO,

Omnipotens ſempiterne deus, qui ex abūdantia caritatis, btām Mariam filio tuo impregnatā, ad ſalutationē Eliſabeth inſpiraſti, pręſta qm̄s, ut per eius uiſitationem donis cœleſtibus repleamur, & ab omnibus aduerſitatibus eruamur. Per eundē.

SECRETA

Omnipotēs ſempiterne deus, qui curā de omnibus in te cōfidētibus ſemper habes, pręſta qm̄s, ut ꝑ oblationē quā tibi offerimus uiſitationē ſpecialem btē Mariæ uirginis in noſtris neceſſitatibus ſentiamus, per eundem.

COMPLENDA.

Omniporens ſempiterne deus, qui commemorationem uiſitationis btē Mariæ uirginis matris dei fieri uoluiſti, pręſta quæſumus, ut per hoc ſacrificium quod ſumpſimus, ab eadē uiſitationis gratia nullatenus excidamus. P.

DE SANCTO PROCESSO ET martiniano martyribus.

ORATIO,

Deus qui nos ſanctorū tuoꝝ Proceſſi & Martiniani cōfeſſiōibus glorioſis, circumdas & protegis, da nobis &

eoꝝ imitatione ꝓficere & interceſſione gaudere. Per.

SECRETA.

Suſcipe dn̄e preces & munera, quę ut in tuo ſint digna conſpectu, ſctōꝝ tuorum p̄cibus adiuuemur. Per.

COMPLENDA,

Corporis ſacri & p̄cioſi ſanguinis repleti libamine, q̄ſumus dn̄e deus noſter, ut quod pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per.

DE DIVO VDALRICO PRAESVLE. Oro:

Omp̄s mitiſſime & clementiſſime deus, pater æterne, qui nos annua recurſione depoſitiōis ſancti Vdalrici cōfeſſoris tui letificas, eius ſuffragantibus meritis cōcede, ꝓpicius, ut ab īminentibus periculis liberemur, & æternis gaudijs perfrui mereamur. Per.

SECRETA.

Hæc munera qm̄s dn̄e clementer ſuſcipe, & intercedente ſancto Vdalrico confeſſore tuo nobis ſalutaria eſſe cōcede. Per,

COMPLENDA.

Guſtu ſalutaris hoſtię recreati omnipotentiā tuā dn̄e ſuppliciter deprecamur, ut intercedentibus meritis ſācti Vdalrici confeſſoris tui atq; pōtificis, nos interius exteriusque ab omni aduerſitate cuſtodi. Per.

IN OCTAVA APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI. ORATIO.

Deus cuius dextera beatū Petrū ambulantē in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapoſtolū eius Paulum tercio naufragantē de ꝓfundo pelagi liberauit, exaudi nos

ꝓpicius & concede, ut amborũ meritis æternitatis gloriã conſequamur, Per. SECRETA.

Offerimus tibi domine preces & munera, quę ut tuo ſint digna conſpectui apoſtolorũ tuorũ Petri & Pauli ꝑcibus adiuuemur. Per.

COMPLENDA

Protege domine populũ tuũ & apoſtolorũ tuorũ Petri & Pauli patrocinio confidentem, perpetua defenſione cuſtodias, Per.

DE SANCTO KILIANO ET SOCIIS EIVS. ORATIO.

Pręſta qm̃s omp̃s deus, ut beatorũ martyrũ tuorũ Kiliani & ſocioꝵ eius ſolẽnia recenſentes, meritis ipſorum protegamur & precibus. Per.

SECRETA.

Reſpice dñe munera populi tui ſanctoꝵ martyrum tuorum feſtiuitate uotiua, ut teſtificatio ueritatis nobis ꝓficiat ad ſalutẽ, Per.

COMPLENDA.

Repleti dñe martyrum tuoꝵ celebritate ſanctoꝵ q̃ſumus, ut & te ſemꝑ in eorũ cõmemoratione laudemus & tuã miſericordiã iſdem ſemꝑ deꝑcãtibus cõſequamur. ꝑ.

DE SEPTEM Fratribus Fœlicitatis filijs, ORATIO.

Pręſta qm̃s omp̃s deus, ut q glioſos martyres fortes in tua cõfeſſiõe cognouimus pios apud te in nr̃a ĩterceſſione ſentiamus, Per. SECRETA.

Postcomio.

Sumentes Dne Coelestis dona mysterij: quaesumus: ut SS. martyrũ tuorum Hermagorae et fortunati adiciemur meritis: quorum solemnitatem celebramus. Per.

Sacrificijs p̃ſentibus quæſumus dñe intende placatus & intercedentibus ſanctis tuis deuotioni nr̃æ ꝓficiant & ſaluti, Per dominũ, COMPLENDA

Quęſumus omp̃s deus, ut illius ſalutaris capiamus effectũ, cuius ꝑ hæc myſteria pignus accepimus. Per.

IN SANCTI BENEDICTI Tranſlatione, Oratio.

Interceſſio nos qm̃s dñe beati Benedicti Abbatis commendet, ut quod nr̃is meritis non ualeamus, eius patrocinio aſſequamur. Per. SECRETA.

Sacris altaribus hoſtias ſuppoſitas ſctũs Benedictus, qm̃s dñe, in ſalutem nobis ꝓuenire depoſcat. Per.

COMPLENDA.

Protegat nos domine cum tui perceptione ſacramẽti beatus Benedictus abbas, pro nobis intercedendo, ut cõuerſationis eius experiamur inſignia, & tuę protectionis inuenire gratiam ualeamus. Per. De SS. Hermagora et fortunato. inferius.

DE DIVO HENRICO IMPERATORE, Oratio.

Venerabilẽ diem ſolẽnitatẽ que beati Henrici imꝑatoris atq; cõfeſſoris tui dñe annua deuotiõe celebramus, præſta q̃ſumus, ut eius patrocinio confidentes a peccatorum noſtrorum uinculis eruamur. Per.

SECRETA.

Deus qui fulgentibus margaritis beatũ Henricũ confeſſorem tuũ merito adunaſti, cõcede, ut eius p̃cibus hoſtia ſacri myſterij a nobis altari tuo cumulanda ſalutare tuum in noſtris actibus operetur. Per,

COMPLENDA.

Oratio

Deus qui nos hodierna die Beatorũ Martyrũ tuorũ Hermagorae et Fortunati multiplici facis celebritate gaudere: tribue quaesumus: ut eorũ nos semper et defensionibus muniri et orationibus adiuvari: Per. Secreta.

Munera humilitatis nostrae quae pro SS. Martyrũ tuorũ Hermagorae et Fortunati gloriosa passione et solemnitate offerimus clementiam tuam: respicere dignare et eorum intercessione tuum ad effectum ... quae ad salutari nobis ... miseratione provenire ... Per.

Universidad de Deusto Biblioteca

Omp̃s ſempiterne deus, qui nos beati Heinrici cõfeſſoris tui multimoda facis celebritate gaudere cõcede q̃ſumus, ut q eius gloriamur meritis, ꝑtegamur auxilijs. Per.

DE MARGARETA Virgine & martyre.

ORATIO.

Deus qui beatam Margaretã uirginẽ ad cœlos ꝑ martyrij palmã uenire feciſti, concede q̃ſumus nobis, ut eius exempla ſequentes, bonis operibus ad te peruenire mereamur. Per dñm:

SECRETA.

Hæc hoſtia qm̃s domine pro beatæ uirginis ac martyris Margaretę martyrio oblata, & mentium nobis ſanctitatem & corporum obtineat ſanitatem. Per,

COMPLENDA.

Huius dñe perceptione ſacramenti, & beatę Margaretę martyris interceſſione, tu in nobis manere dignare, & nos in te uiciſſim manere concede, Per.

DE SANCTO ALEXIO confeſſore. Oratio.

Deus qui beato Alexio confeſſori tuo tribuiſti, ut & noua mundũ arte deluderet, & de hoſte humani generis mirabiliter trũpharet, concede ꝓpicius, ut eius ſemꝑ muniamur auxilijs, cuius ſalutiferis erudiamur exẽplis. Per.

SECRETA.

Queſumus omp̃s deus, ut intercedente beato Alexio cõfeſſore tuo munera noſtra ſuſcipias, & nos idoneos fieri ad hęc percipienda concedas. Per.

COMPLENDA.

Cœleſtibus epulis recreati, qm̃s omp̃s deus, ut inter

cedente beato Alexio confeſſore tuo, ſalutare myſteriũ qđ te largiente percepimus, te cuſtodiẽte ſeruemus. Per.

DE DIVO MATERNO PRAESVLE.

ORATIO.

Deus qui ſacerdotibus glorioſis oues tuas, per florem doctrinæ cibare cõcedis, beato Materno confeſſore tuo qm̃s ſuccurrente, cuius hodie natalicia ueneramur, obſequijs in cœlis tibi aſſiſtere mereamur in latere dextro. ꝑ.

SECRETA.

Conſuetæ miſericordiæ tuæ dñe plebi tuæ opem precamur impẽde, ut quod altari tuo imponimus donũ, ſancti confeſſoris tui Materni interceſſione, nobis ad animarum ꝓficiat remediũ ſalutare. ꝑ.

COMPLENDA.

Refectione tua dñe deus in ſancti confeſſoris tui Materni cõmemoratione participati, tribue qm̃s, ut ipſo pro nobis interueniente, panis inexhauſti dulcorato ſapore nõ ſinas ieiunare. Per.

DE.S.ARNVLFO PONTIFICE, Oratio.

Deus qui beatũ arnulfum confeſſorem tuũ atq; pontificem doctorem precipuũ catholicæque fidei ꝓdicatorẽ eligere dignatus es, pręſta qm̃s, ut ipſo pro nobis intercedente, peccatorꝫ noſtrorũ mereamur exui maculis, & tibi dño ſinceris mentibus deſeruire, Per do.

SECRETA.

Omnipotens ſempiterne deus, qui btm̃ Arnulfum cõfeſſorem tuũ atq; pontificem, & pontificatus officio & fidei munere ſublimaſti, tribue qm̃s ſupplicibus tuis, ut

Universidad de Deusto Biblioteca

quicquid peccati contagione contractum eſt in nobis ipſo, p nobis ſummo antiſtite tuo intercedēte ſoluat. Per.

COMPLENDA.

Repleti ſumus muneribus domine tuis, quę de feſtiuitate beati Arnulfi confeſſoris tui atq; pontificis percepimus, tribue quęſumus ut eodem intercedente & mundemur effectu & muniamur auxilio, Per dñm.

DE DIVO ARBOGASTO PRESVLE. ORATIO.

Deus q nobis huius diei ſanctā reuelandamq; leticiā beati Arbogaſti confeſſoris tui atq; pontificis feſtiuitate feciſti, adeſto familię tuę precibus & pręſta ut cuius natalicia celebramus, eius meritis apud te & interceſſionibus adiuuemur, Per

SECRETA.

Oblationibus qm̄s dñe placare ſuſceptis, & ad te q̄ſumus interueniētibus beati Arbogaſti confeſſoris tui meritis noſtras compelle rebelles ꝓpicius uoluntates. Per

COMPLENDA.

Cœleſti munere ſatiati q̄ſumus dñe deus noſter ut hęc nos dona beati Arbogaſti cōfeſſoris tui dep̄catione ſanctificēt, & ad gaudia ſempiterna pducant, Per.

DE DIVA PRAXEDE VIRGINE. ORATIO.

Deus q inter cętera potētię tuę miracula etiā in ſexu fragili uictoriam caſtitatis contuliſti, da q̄ſumus, ut beatę Praxedis uirginis tuę adiuuemur meritis, cuius beatitudinis gloria iocundamur, Per.

SECRETA.

Accepta tibi ſint dñe munera quę in beatę Praxedis uirginis tuę ſolennitate deferimus, quia quicquid ſanctis honoris impenditur tuo muneri reputatur, Per.

COMPLENDA.

Hęc in nobis dñe gratia tua qm̄s ſemp̄ exerceat, ut & diuinis inſtauret corda noſtra myſterijs, & ſanctæ uirginis tuę Praxedis cōmemoratōe letificet. Per.

DE SANCTA MARIA MAgdalena, Oratio.

Quęſumus omp̄s deus, ut meritis & interceſſionibus beatę Marię Magdalenę nobis tribuas fontem lachrimarū cum fructu pœnitentię, ut admiſſa defleamus peccata & cauti ſimus ad futura. Per. SECRETA

Munera noſtra domīe beatę Marię Magdalenę glorioſis meritis tibi reddantur accepta, cuius obſequiū oblationis unigenitus filius tuus clementer ſuſcepit impenſum, Qui tecum,

COMPLENDA.

Sumpto domīe unico ſalutari remedio, corp̄e ſcilicet & precioſo ſanguine tuo, ab omnibus malis beatę Marię Magdalenę patrocinijs exuamur. Per.

DE SANCTO APPOLLINARE MARTYRE, ORATIO,

Maieſtatis tuę clementiā ſuppliciter dep̄camur, omnipotēs & miſericors deus, ut ſicut unigeniti tui agnitionem p beatiſſimi ſacerdotis & martyris tui Appollinaris predicationem populorum cordibus infudiſti, ita ipſius

Universidad de Deusto Biblioteca

opitulantibus meritis fidei ſtabilitate firmentur. Per.

SECRETA.

Munera dñe oblata ſanctifica & intercedente btō Appollinare martyre tuo, per hæc nos a peccatorꝝ noſtrorꝝ maculis emunda, per. COMPLENDA.

Omnipotens & miſericors deus, qui ſacramētorꝝ tuorum & participes nos efficis & miniſtros, preſta qm̄s, ut intercedente beato Appollinare martyre tuo, eiſdē proficiamus & fidei conſortio, & digno ſeruitio. Per.

DE DIVA CRISTINA VIRGINE. Orō.

Creſcat dñe ſemp̄ in nobis ſanctæ iocūditatis effectus & beatæ Criſtinæ martyris tuæ ueneranda feſtiuitas augeatur. Per. SECRETA

Hoſtias tibi dñe beatæ martyris tuæ Criſtinæ dicatas meritis benignus aſſume, & ad ꝑpetuū nobis tribue prouenire ſubſidium. Per. COMPLENDA

Adiuuēt nos queſumus dñe hec myſteria ſancta quæ ſumpſimus, & btē martyris tuæ Criſtinæ interceſſio ueneranda. Per dominū.

DE. S. IACOBO APOſtolo. Oratio.

Eſto dñe plebi tuæ ſanctificator & cuſtos, ut apoſtoli tui Iacobi munita præſidijs, & conuerſatione tibi placeat & ſecura tibi mente deſeruiat. Per. SECRETA.

Oblationē populi tui dñe qm̄s beati apoſtoli tui Iacobi paſſio btā conciliet, ut quæ noſtris non apta ſunt meritis, fiant tibi placita eius deprecatione. Per.

COMPLENDA.

Beati apoſtoli tui Iacobi, cuius hodie feſtiuitate, corpore & ſanguine tu nos refeciſti, qm̄s dñe interceſſione nos adiuua, pro cuius ſolennitate percepimus tua ſancta letantes. Per.

DE DIVO Chriſtoforo martyre, Oratio.

Votiuus nos qm̄s dñe beati martyris tui Chriſtofori natalis ſemp̄ excipiat, qui & iocūditatē nobis ſuæ glorificationis infundat, & nos tibi reddat acceptos. Per.

SECRETA.

Præſentia munera qm̄s dñe ita ſerena pietate intuere ut ſancti ſpūs perfundantur benedictiōe, ut in noſtris cordibus eā dilectionem ualidā infundāt, per quam ſanctus martyr Chryſtoforus omnia tormenta deuicit. Per.

COMPLENDA.

Sumpſimus dñe ſancti Chriſtofori martyris tui ſolennia cœleſtia ſacramenta, cuius ſuffragijs qm̄s largiaris, ut qđ tp̄aliter gerimus, æternis gaudijs conſequamur. Per.

DE. S. ANNA MARIAE Genitrice.

ORATIO,

Deus qui btē Anne, ut mater ſctē dei genitricis effici mereret̄, tribuiſti, cōcede ꝓpicius, utriuſqꝫ precibus, tam matris quam filiæ ut regna cœleſtia conſequamur. Per eundem. &c. SECRETA.

Suſcipe dñe munera, quæ in beatæ Annæ matris ſctē dei genitricis ſolēnitate deferimus, cuius nos cōfidimus patrocinio liberari, Per.

COMPLENDA,

Universidad de Deusto Biblioteca

Auxilientur nobis domine ſumpta myſteria, & inter
cedente btã Anna matre ſanctę dei genitricis Marię ſem
piterna nos ꝓtectione confirment. Per.

DE DIVO PANTALEONE MAR TYRE, ORATIO,

Deus qui nos annua beati Panthaleonis martyris tui
glorioſa paſſionis ſublimitate lętificas, ſolita pietatis lar
gitate, concede benignus, ut cuius honori famoſum ui
ctorię triumphũ pio amore ueneramur in terris, ſocieta
tis eius lęticiã adipiſci te largiente mereamur in cœlis. P.

SECRETA.

Hanc in conſpectu glorię magnitudinis tuę hoſtiã ob
lationis q̃ſumus domine pater omnipotens, digna be ti
Panthaleonis martyris tui cõmendet oratio, qui ſctõ cha
ritatis tuę deuictus amore ſui corporis hoſtiam in odorẽ
ſuauitatis tibi obtulit uiuã. Per.

COMPLENDA

Sancta nos q̃ſumus dñe ſacramenti participatio cœle
ſtis uitæ, & a callido hoſtium tueantur incurſu, & ſancti
Panthaleonis martyris tui, pio interuentu animarum no
bis remedia conferant ſempiterna. Per.

DE SANCTIS FOELICE, SIMPLICIO, FAV STINO ET BEATRICE martyribus, Oratio.

Pręſta q̃ſumus omnipotens deus, ut ſicut populus Chri
ſtianus martyrum tuorum Fœlicis, Simplicij, Fauſtini &
Beatricis, tẽpali ſolẽnitate congaudet, ita ꝑfruat̃ æterna,
& quod uotis celebrat, pio cõprehendat effectu. Per.

SECRETA.

Hoſtias tibi dñe pro ſanctoꝝ tuorũ martyrũ Fœlicis
Simplicij, Fauſtini & Beatricis commemoratiõe deferi
mus, ſuppliciter obſecrantes & indulgentiam nobis pari
ter conferant & ſalutem. Per.

COMPLENDA,

Preſta qm̃s omĩpotes deus, ut ſanctoꝝ martyrũ tuoꝝ
Fœlicis, Simplicij, Fauſtini & Beatricis cœleſtibus my
ſterijs celebrata ſolennitas, indulgentiam nobis tuę ꝓpi
ciationis acquirat. Per.

DE DIVIS ABDON ET SENNEN MAR TYRIBVS, ORATIO.

Deus qui ſanctis tuis Abdon & Sennen, ad hãc glori
am ueniendi copioſum munus gr̃ę contuliſti, da famulis
tuis ſuoꝝ ueniam peccatorũ, ut ſanctorũ tuorum interce
dentibus meritis, ab omnibus mereamur aduerſitatibus
liberari. Per,

SECRETA.

Hoſtia hęc q̃ſumus domĩe, deus quã in ſanctorũ tuorũ
natalicia recenſentes offerimus, & uincula noſtrę praui
tatis abſoluat, & tuę nobis miſericordię dona cõciliet. ꝑ,

COMPLENDA.

Per huius domĩe operationẽ myſterij, & uicia nr̃a pur
gentur & iuſta deſideria cõpleamur. Per

DE SANCTO PETRO AD VIN CVLA, ORATIO.

Deus qui beatũ Petrũ apoſtolũ a uinculis abſolutum
illeſum abirę feciſti, noſtrorum queſumus abſolue uin

Universidad de Deusto Biblioteca

cula delictoꝝ, & oĩa mala a nobis ꝓpiciatus exclude. p.

SECRETA.

Oblatum tibi ſacrificium domine uiuificet nos ſemꝑ & muniat. Per.

COMPLENDA.

Corporis ſacri & præcioſi ſanguinis repleti libamine q̃ſ domine deus noſter, ut qđ pia deuotione gerimus, certa redemptione capiamus. Per,

DE SEPTEM FTATRIBVS, ORATIO,

Fraterna nos dñe martyrũ tuorũ corona lętificet, quę & fidei noſtræ prebeat incitamenta uirtutũ, & multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per.

SECRETA.

Iterata myſteria dñe, pro ſanctoꝝ martyrũ tuoꝝ cõmemoratione, deuota mente tractamus, quibus nobis & ꝓſidium creſcat & gaudiũ. Per.

COMPLENDA.

Præſta omnipotens deus, ut quoꝝ memoriã ſacramẽti ꝑticipatiõe recolimus, fidẽ quoq; ꝓficiẽdo ſectemur. p.

DE DIVO STEPHANO PAPA. ET MARTYRE. ORATIO.

Deus qui nos beati Stephani martyris tui atq; pontificis annua ſolẽnitate lætificas, concede ꝓpicius, ut cuius natalicia colimus, de eiuſdẽ etiã ꝓtectiõe gaudeamus. p.

SECRETA.

Munera tibi dñe dicata ſanctifica, & intercedente btõ Stephano martyre tuo atq; pontifice, per eadem nos placatos intende. Per.

COMPLENDA

Hæc nos cõmunio dñe purget a crimine, & intercedẽte beato Stephano martyre tuo atq; pontifice, cœleſtis remedij faciat eſſe conſortes. Per.

DE INVENTIOE SANCTI STEPHANI PROTHOMARTYRIS, ORATIO.

Deus q̃ es ſanctoꝝ tuorũ ſplendor mirabilis, quique hodierna die corꝑa ſancti ꝓthomartyris Stephani, Nicodemi, Gamalielis atq; Abibę glorioſa inuentione reuelaſti, da nobis in æterna lęticia de eorum ſocietate gaudere. Per.

SECRETA.

Munera tibi dñę noſtrę deuotionis offerimus quæ et pro tuorum tibi grata ſint honore ſanctorũ, & nobis ſalutaria te miſerante reddantur. Per.

COMPLENDA.

Sumpſimus dñe ſanctoꝝ tuoꝝ Stephani, Nicodemi, Gamalielis atq; Abibę ſolẽnia celebrantes, cœleſtia ſacramenta, ꝓſta quęſumus, ut quod tempaliter gerimus æternis gaudijs conſequamur. Per.

DE .S. IVSTINO PRAESVLE & martyre, ORATIO.

Eccleſiam tuã domine q̃ſ, in beati Iuſtini martyris tui atq; pontificis, celebritate fac letari, eiuſq; ſemper præcibus muniri, qui ꝑ ſuſcepta meruit paſſione martyr effici glorioſus. Per.

SECRETA

Tuę omnipotẽtiæ dñe hęc ſacra hoſtia oblata ſancti Iuſtini martyris atq; pontificis obtentu, nos emundet a pec

Universidad de Deusto Biblioteca

catorum noſtrorum ſordibus uniuerſis, Per.

COMPLENDA.

Salutaris domine myſterij tui ſumpta cõmunio btī Iu
ſtini martyris tui atq; pontificis deprecatione, nobis q̃ſu
mus ad æternũ proficiat remedium. Per.

DE DIVO OSVALDO REGE AC MARTYRE, ORATIO.

Omp̃s ſempiterne deus, qui huius diei iocũdam bea
tamque leticiã in ſancti ſerui tui Oſualdi ſolennitate con
ſecraſti, da q̃ſumus cordibus noſtris tui amoris tueque
caritatis augmentum, ut cuius in terris ſancti ſanguinis
effuſionem celebramus, illius in cœlo collata patrocinia
ſentiamus. Per,

SECRETA.

Oblata domine munera, que in ſancti Oſualdi ſolen
nitate tue offerimus maieſtati, benignus aſſume, qui ſe
metipſum uiuã hoſtiam obtulit, & preſta queſumus, ut
quod noſtra conſcientia non p̃ſumit eius qui tibi tam fi
deliter ſeruiuit, interueniẽte auxilio cõſeq mereamur. P.

COMPLENDA.

Da nobis q̃ſumus omnipotens deus, ut qui in ſancti
Oſualdi ſolennitate dona letantes percepimus, eius inter
uentione, ſint nobis arma fortiſſima, ad euacuanda inſidi
antis ignita iacula inimici. Per.

DE SANCTO DOMINICO CONFESSORE, ORATIO.

Deus qui eccleſiam tuã beati Dominici cõfeſſoris tui
illuminare dignatus es, & meritis & exemplis, concede,
ut eius interceſſiõe, tẽpalibus non deſtituatur auxilijs, &
ſpiritalibus ſemp̃ proficiat incrementis. Per.

SECRETA.

Munera tibi domine dicata ſanctifica. & meritis bea
ti Dominici confeſſoris tui nobis proficiant ad mede
lam. Per.

COMPLENDA.

Concede q̃ſumus omnipotens deus, ut qui peccatorũ
noſtrorũ pondere p̃mimur, beati Dominici confeſſoris
tui patrocinijs ſubleuemur, Per.

DE DIVIS SIXTO ET EIVS SOCIIS MARTYRIBVS, ORATIO,

Deus qui nos concedis ſanctorũ martyrũ tuorũ Sixti
Fœliciſſimi & Agapiti natalicia colere, da nobis in æter
na lætitia de eorum ſocietate gaudere. Per.

SECRETA.

Munera tibi domine noſtre deuotionis offerimus q̃
& pro tuorum tibi grata ſint honore iuſtorum, & nobis
ſalutaria te miſerante reddantur. Per.

COMPLENDA.

Preſta quæſumus domine deus noſter, intercedenti
bus ſanctis tuis Sixto, Fœliciſſimo & Agapito, ut quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

ore contingimus, pura mente capiamus. Per.

DE SANCTA AFRA martyre, Oratio.

Om̄ps ſempiterne deus, uia iuſtorꝝ & peccatorum ue nia, qui beatæ Afrę martyris tuę atq; ſociarū eius dignū pœnitentię fructum ſuſcepiſti, concede nobis. earum fe ſta colentibus, quatinus ipſarum meritis placatus, noſtra quoq; uota ſuſcipias. Per.

SECRETA.

Ad nos qm̄s domine uultū clementer cōuerte, hoſtias que ſup tuū altare impoſitas benignus aſſume, quas tibi beatę Afrę martyris atque ſociarū eius interceſſio grata efficiat. Per.

COMPLENDA

Tuis dñe ſatiati myſterijs, qm̄s, interueniēte btā Afra martyre tua, atq; ſociabus eius, q̄ ꝓ illarū feſtiuitate tēꝑali ter gerimus, æterne pacis uiſione in nobis ꝑficiant. Per.

DE DIVO DONATO Pręſule Oratio.

Deus tuorꝝ gloria ſacerdotū, pręſta qm̄s, ut ſancti con feſſoris tui & epiſcopi Donati, cuius feſta colimus, inter ceſſione ſentiamus auxilium. Per.

SECRETA.

Pręſta qm̄s domine, ut ſancti cōfeſſoris tui & epiſcopi Donati p̄cibus quē ad laudē nominis tui dicatis muneri bus honoramus, pię nobis deuotiōis fructus accreſcat. p,

COMPLENDA.

Votiua domine dona quę ꝓ beati cōfeſſoris & epī tui Donati ſolēnitate ꝑcepimus, qm̄s, ut eius p̄cibus & p̄ntis

uitę nobis pariter & æternę tribuas conferre ſubſidiū. P,

DE SANCTO CIRIACO & eius ſocijs, Oratio.

Deus qui nos annua beatorꝝ martyrū tuorum Ciria ci & ſociorꝝ eius ſolennitate lætificas, concede ꝓpicius ut quorū natalicia colimus, uirtutem quoq; paſſionis imi temur. Per.

SECRETA.

Accepta ſit in cōſpectu tuo dñe noſtra deuotio, & eo rum nobis fiat ſupplicatiōe ſalutaris, ꝓ quorum ſolēnita te defertur. Per. COMPLENDA.

Refecti participatiōe muneris ſacri, qm̄s dñe deus no ſter, ut quorꝝ exequimur cultū ſentiamus effectū. Per.

DE DIVO ROMANO MARTYRE, Oratio.

Martyris tui Roman dñei qm̄s natalicia nobis reſplē deant, & quod illi contulit excellentiā ſempiternā, fructi bus noſtrę deuotionis accreſcat. Per.

SECRETA & cōplenda in cōi de uno martyre habet̄.

IN SANCTI LAVTENTII martyris uigilia. Orō

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris, & interceſſione beati Laurentij martyris tui. perpetuam nobis miſerico diam benignus impende. Per.

SECRETA.

Hoſtias domine quas tibi offerimus, ꝓpicius ſuſcipe, & intercedente beato Laurētio martyre tuo uincula pec catorū noſtrorum abſolue. Per.

COMPLENDA.

Da qſumus dñe deus noſter, ut ſicut beati Laurentij

Universidad de Deusto Biblioteca

martyris tui cōmemoratione temporali gratulamur offi cio, ita perpetuo letemur aſpectu. Per.

IN DIE SANCTO. ORATIO.

Da nobis q̃ſumus oĩpotens deus, uiciorum noſtro rum flammas extinguere, qui beato Laurentio martyri tribuiſti tormentorū ſuorꝫ incendia ſupare. Per.

SECRETA.

Accipe queſumus domine munera dignāter oblata, & Beati Laurentij ſuffragantibus meritis, ad noſtre ſalutis auxilium ꝓuenire concede. Per

COMPLENDA.

Sacro munere ſaciati, ſupplices te domine depreca mur, ut quod debitę ſeruitutis celebramus officio, inter cedente beato Laurētio martyre tuo, ſaluationis tuæ ſen tiamus augmentum. Per.

DE SANCTO TIBVRTIO martyre. ORATIO

Beati Tiburtij nos domine q̃ſumus foueant continua ta preſidia, quia non deſinis ꝓpicius intueri, quos talibus auxilijs conceſſeris adiuuari. Per. SECRETA.

Adeſto domine precibus populi tui & muneribus, ut quæ ſacris ſunt oblata myſterijs tuorum tibi placeant in tercęſſione ſanctorum. Per.

COMPLENDA.

Sumpſimus domine pignus redemptionis æternę, ſit nobis q̃ſumus interueniēte beato Tiburtio martyre tuo uitę pſentis auxilium pariter & futurę. Per.

DE DIVIS HIPOLIto & eius ſocijs martyribus, Orō

Da nobis omp̄s deus, ut beati Hipoliti martyris tui & ſociorū eius ueneranda ſolennitas, & deuotionem nobis augeat & ſalutem. Per. SECRETA.

Reſpice domine munera populi tui ſanctorꝫ feſtiuita te uotiua & tuę teſtificatio ueritatis nobis proficiat ad ſa lutem. Per. COMPLENDA.

Sacramentorꝫ tuorum dn̄e cōmunio ſumpta nos ſal uet, & in tuę ueritatis luce confirmet. Per.

IN GLORIOSISSIMAE MARIAE VIRGINIS ASSVMPTIONIS VIGILIA, Oratio.

Deus qui uirginalem aulam beatę Marię in qua habi tares eligere dignatus es, da quęſumus, ut ſua nos defenſi one munitos, iocundos faciat ſuę intereſſe feſtiuitati. P.

SECRETA.

Magna eſt domine apud tuā clementiā dei genitricis oratio, quā idcirco de pręſenti ſęculo trāſtuliſti, ut ꝓ pec catis noſtris apud te fiducialiter intercedat. Per.

COMPLENDA.

Concede miſericors deus fragilitati noſtrę pręſidium ut qui ſanctę dei genitricis Marię requiem celebramus, interceſſiōis eius auxilio a nr̄is iniqtatibus reſurgamus. ꝑ.

IN ASSVMPTIONIS GLORIOSISSIMAE MARIAE Virginis feſtiuitate, Oratio.

Veneranda nobis domine huius diei feſtiuitas opē no bis conferat ſempiternā, in qua ſancta dei genitrix mor tem ſubijt temporalem, nec tamen mortis nexibus de primi potuit, qui filium tuum dominum noſtrum de ſe

Universidad de Deusto Biblioteca

genuit incarnatũ, cuius interceſſione q̃ſumus, ut mortẽ euadere poſſimus animarum. Per.

SECRETA.

Interceſſio q̃ſumus domine beatę Mariæ ſemꝑ uirginis munera noſtra tibi cõmendet, noſque in eius aſſumptione tibi reddat acceptos. Per.

COMPLENDA.

Menſę cœleſtis ꝑticipes effecti imploramus clementiam tuam domine deus noſter, ut qui feſta dei genitricis Marię colimus, a cunctis malis imminentibus eius interceſſionibus liberemur. Per. ORATIO,

Famulorꝝ tuorum q̃s dñe delictis ignoſce, ut q tibi placere de actibus noſtris nõ ualemus, genitricis filii tui domini dei noſtri interceſſione ſaluemur. Per eundem.

DE SANCTO EVSEBIO confeſſore,

ORATIO.

Deus qui nos beati Euſebij confeſſoris tui annua ſolẽnitate lętificas, concede propicius, ut cuius natalicia colimus, per eius ad te exempla gradiamur. Per.

SECRETA.

Laudis tuę domine hoſtias immolamus, in tuorꝝ cõmemoratiõe ſanctorũ, quibus nos & ꝓſentibus exui malis confidimus & futuris. Per,

COMPLENDA.

Refecti cibo potuque cœleſti deus noſter te ſupplices exoramus, ut in cuius hęc cõmemoratione percepimus, eius muniamur & precibus, Per.

IN OCTAVA SANCTI LAVRENTII

ORATIO.

Iterata feſtiuitate beati Laurentij q̃s dñe natalicia ueneramur, quæ in cœleſti beatitudine fulgere nouimus ſẽpiterna. Per. SECRETA.

Beati Laurentij martyris honorabilẽ paſſionẽ muneribus domine geminatis exequimur, quæ licet proprijs ſit memoranda principijs, indeſinenter tamen permanet glorioſa, Per.

COMPLENDA.

Solenne nobis interceſſio beati Laurentij martyris q̃ſumus domine pręſtet auxilium, ut cœleſtis menſę participatio quam ſumpſimus, tribuat eccleſię tuę recenſitam lętitiam. Per,

DE SANCTO AGAPITO MARTYRE

ORATIO.

Lętetur eccleſia tua deus beati Agapiti martyris tui confiſa ſuffragijs, atqꝫ eius precibus glorioſis, & deuota permaneat & ſecura conſiſtat. Per.

SECRETA.

Suſcipe dñe munera quę in eius tibi ſolennitate deferimus, cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per,

COMPLENDA.

Satiaſti dñe familiã tuã muneribus ſacris, eius q̃s ſẽp interuentiõe refoue, cuius ſolẽnia celebramus. Per.

DE DIVO BERNARDO ABBATE. Orõ.

Perfice queſumus dñe tuũ in nobis religiõis effectũ, ut

Universidad de Deusto Biblioteca

ad obtinẽdam tuæ gratię largitatem, beatus Bernardus abbas & doctor egregius ſuis apud te ſemꝑ ꝓ nobis meritis & precibus intercedat. per. SECRETA.

Grata tibi ſit dñe intercedente beato Bernardo huius oblatio ſacramenti, quã in memoriã dñicę paſſionis tuæ offerimus maieſtati. ꝑ. COMPLENDA.

Tuũ in nobis omp̃s deus, intercedente btõ Bernardo cibus quẽ ſumpſimus oꝑetur effectũ, ut incorporet nos ſibi æſus ędentes, ꝑ.

DE S. MAGNO MARTYRE ORATIO.

Adeſto dñe ſupplicatiõibus noſtris & intercedẽte beato magno martyre tuo ab hoſtiũ nos defẽde incurſu, ꝑ.

Secreta & Complẽda in cõmuni de uno martyre inuenies,

DE S. THIMOTHEO ET SIMPHORIAMO MARTYRIBVS, ORATIO.

Auxiliũ tuũ nobis dñe qm̃s placatus impende, & intercedẽtibus beatis martyribus tuis Timotheo & Simphoriano dexterã ſuꝑ nos tuę, ꝓpiciationis extende.

SECRETA.

Accepta tibi ſit domine ſacratæ plebis oblatio, ꝓ tuoꝝ honore ſanctorũ quoꝝ ſe meritis ꝑcepiſſe de tribulatiõe cognoſcit auxiliũ. ꝑ. COMPLENDA.

Diuini muneris largitate ſatiati, qm̃s dñe deus nr̃, ut intercedẽtibus btĩs martyribus tuis Timotheo & Simphoriano coꝝ ſemꝑ participatione uiuamus. Per.

DE DIVO Bartholomeo Apoſtolo Orõ.

Omnipotens ſempiterne deus, qui huius diei uenerãdã ſctãmq; lęticiam in beati Apoſtoli tui Bartholomei feſtiuitate tribuiſti, da eccl'ię tuę qm̃s, & amare q̃d credidit & ꝓdicare q̃d docuit, ꝑ. SECRETA

Beati apl'i tui Bartholomęi dñe cuius ſolennia recenſemus, qm̃s, ut auxilio eius tua bñficia capiamus, pro q̃ tibi hoſtias laudis offerimus. ꝑ. COMPLENDA,

Sumpſimus dñe pignus ſalutis æternę, celebrantes btĩ apl'i tui Bartholomęi uotiua ſolẽnia, ut ꝑpetua eius merita uenerãtes, ad uitã nutriamur æternam. Per.

DE SANCTO RVFO Martyre, ORATIO.

Adeſto dñe ſupplicatiõibus nr̃is, & btĩ Rufi martyris tui interceſſiõibus cõfidẽtes, nec minis aduerſãtiũ, nec ullo conturbemur incurſu, Per, SECRETA.

Interceſſio qm̃s dñe ſcti martyris tui Rufi munera nr̃a cõmendet, noſq; eius ueneratio tuæ maieſtati reddat acceptos. Per. COMPLENDA.

Cœleſtibus refecti ſacramentis & gaudijs ſupplices te rogamus dñe, ut q̃ꝝ glĩamur triũphis, ꝓtegamur auxilijs ꝑ.

DE DIVO Augnſtino præſulę, Oratio.

Adeſto dñe ſupplicatiõibus nr̃is omp̃s deus, & q̃bus fiduciã ſperãdæ pietatis indulges, intercedẽte btõ Auguſtino cõfeſſore tuo atq; põtifice, cõſuetæ miſcdĩæ tribue benignus effectũ. Per. SECRETA.

Scti cõfeſſoris tui Auguſtini nobis dñe pia non deſit orõ, q̃ & munera nr̃a cõciliet, & tuã nobis indulgẽtiã ſꝑ obtineat. Per. COMPLENDA.

Universidad de Deusto Biblioteca

Vt nobis dñe ſacrificia tua dent ſalutẽ, beatus confeſſor tuus Auguſtinus ac põtifex, q̃s, p̃cator accedat. p.

DE S. HERMETE, PELAGIO ET IVLIANO MARTYRIBVS, ORATIO.

Deus qui beatos martyres tuos Hermen, Iulianũ atq; Pelagiũ uirtute conſtantię in paſſione roboraſti ex eorũ nobis imitatiõe tribue, ꝑ amore tuo proſꝑa mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Per.

SECRETA.

Sacrificiũ tibi dñe laudis offerimus, in tuorũ cõmemoratione ſanctorꝶ, da q̃s, ut quod illis contulit gloriã ſempiternam, nobis proſit ad ſalutem. Per,

COMPLENDA.

Repleti dñe bñdictione cœleſti q̃s clemẽtiã tuã, ut intercedentibus btĩs martyribus tuis, quę hũiliter gerimus ſalubriter ſentiamus. Per.

IM DEDICATIONE AEDIS SACRAE, Orõ.

Deus qui nobis per ſingulos annos huius ſancti tẽpli tui conſecrationis reparas diẽ, & ſacris ſemꝑ myſterijs rep̃ſentas incolumes, exaudi p̃ces populi tui, & p̃ſta, ut quiſquis hoc templũ beneficia petiturus ingreditur, cũcta ſe impetraſſe letet. Per,

ORATIO.

Omnipotens ſempiterne deus, cuius filius ſumpta carne prius nobis in æde beatę Marthę purę uirginis hoſpitari dignatus eſt, preſta quęſumus eius pijs meritis & precibus quæ Ieſum Chriſtum placide ſuſcepit in terris, ut in æde polorum a te miſericorditer ſuſcipi mereamur in

cœlis, Per.

SECRETA.

Annuę feſtiuitatis cultu ſupplices te dñe dep̃camur, ut qcũq; intra tẽpli huius (cuius natalis eſt hodie) ambitum continemur, plena tibi atq; perfecta corporis & animæ deuotione placeamus, ut dũ hęc p̃ñtia uota reddimus, ad æterna premia te adiuuante uenire mereamur, Per,

COMPLENDA,

Deus qui eccleſiam tuã ſponſam uocare dignatus es, ut quæ haberet gratiã per fidei deuotionẽ, haberet etiam ex nomiue pietatẽ, da q̃s, ut om̃is hęc plebs nomini tuo ſeruiens, huius uocabuli conſortio digna eſſe mereatur, & eccleſia tua in tẽplo (cuius anniuerſarius dedicationis dies celebratur) tibi collecta, te timeat, te diligat, te ſequatur, ut dum iugiter per ueſtigia tua graditur, ad cœleſtia ꝑmiſſa te ducente ꝑuenire mereatur, Per

DE AEDIS SACRAE DEDICATIONE, ORATIO.

Deus qui inuiſibiliter omnia contines, & tñ ꝑ ſalute generis humani ſigna tuæ potentiæ uiſibiliter oſtendis, templũ hoc potẽtia tuæ inhabitationis illuſtra, ut oẽs qui huc dep̃caturi cõueniũt, ex quacunq; tribulatione ad te clamauerint, conſolatiõis tuæ bñficia cõſequant. Per.

SECRETA.

Omnipotẽs ſempiterne deus, hoc templũ nomini tuo dedicatũ, cœleſtis uirtutis bñdictione ſanctifica, et omnibus in te ſperantibus auxilij tui munus oſtende, ut hic & ſacramentorꝶ uirtus, & uotorũ obtineat effectus. Per,

Universidad de Deusto Biblioteca

COMPLENDA.

Queſumus om̄ps deus, ut in hoc templo, qđ nomini tuo dedicatū eſt cunctis petentibus, aures tuæ pietatis accōmodare digneris. Per.

IN DECOLLATIONE IOānis baptiſtę, Oro.

Sancti Ioannis Baptiſtę & martyris tui dn̄e qm̄s ueneranda feſtiuitas ſalutaris auxilij p̄ſtet augmentū. Per.

SECRETA.

Munera tibi dn̄e pro ſancti martyris tui Ioannis Baptiſtę paſſione deferimus, qui dum finitur in terris, factus eſt in cœleſti ſede perpetuus, q̄ſumus, ut eius obtētu nobis proficiant ad ſalutē, Per, COMPLENDA.

Conferat nobis dn̄e ſancti Ioannis Baptiſtæ utraq; ſolennitas, & magnifica ſacramenta quæ ſumpſimus ſignificata ueneremur, & in nobis potius ędita gaudeamus. p.

DE S. ADELPHO PRAESVLE, Oratio,

Adeſto dn̄e precibus nr̄is, quas in ſcī Adelphi cōfeſſoris tui atq; pontificis ſolennitate deferimus, ut qui nr̄æ iuſticiæ fiduciā nō habemus, eius qui tibi placuit p̄cibus adiuuemur. Per. SECRETA.

Sacrificiū tibi dn̄e laudis offerimus, p ſancti Adelphi confeſſoris tui atq; pontificis celebritate, ut propiciationem tuā, quā noſtris op̄ibus non meremur, pij ſuffragatoris interceſſionibus aſſequamur. p. COMPLenda.

Tua ſancta ſumētes qm̄s domine deus nr̄, ut bti Adelphi cōfeſſoris tui atq; pōtificis foueāt cōtinuata p̄ſidia. p.

DE DIVA SABINA uirgine, ORATIO.

Deus qui inter cetera potentiæ tuę miracula etiā in ſe

xu fragili uictoriā martyrij contuliſti, cōcede ꝓpicius, ut cuius natalicia colimus, p eius ad te exēpla gradiamur. p.

SECRETA.

Hoſtias tibi dn̄e btę Sabinæ martyris tuę dicatas meritis benignus aſſume, & ad perpetuū nobis tribue prouenire ſubſidiū. Per. COMPLENDA.

Diuini muneris largitate ſatiati qm̄s domine deus nr̄, ut intercedente btā Sabina martyre tua in eius ſemp ꝑticipatione uiuamus. Per.

DE S. FOELICE & Adaucto martyribus, Oro.

Maieſtatem tuā dn̄e ſuppliciter dep̄camur, ut ſicut nos iugiť ſctoꝝ tuoꝝ Fœlicis & Adaucti cōmemoratiōe lętificas, ita ſemp eoꝝ ſupplicatiōe defendas, p̄. Secreta.

Hoſtias dn̄e tuę plebis intende, & q̄s in honore ſctōrū tuoꝝ deuota mente celebrat, proficere ſibi ſentiat ad medelam, Per. COMPLENDA.

Repleti dn̄e muneribus ſacris qm̄s, ut intercedētibus ſanctis tuis, in grāꝝ tuaꝝ ſemp actione maneamus. Per.

DE S. EGIDIO CONFESSORE, Oratio.

Pretende nobis dn̄e miſcđiā tuā & tribue, ut bti Egidij Abbatis tui īterceſſio, cuius nos dediſti p̄rocinijs adiuuari, maieſtatē tuā, p nobis exoret, p. SECRETA.

Offerimus tibi dn̄e p̄ces & munera, q̄ ut tuo ſint digna cōſpectui, qm̄s, ut bti Egidij cōfeſſoris tui, cuius hodie feſta celebramus obtētu, mereamur tuū obtineř auxiliū. p.

Beati Egidij cōfeſſoris tui dn̄e p̄cibus cōfi (Cōplenda.

dētes, qm̄s clemētiā tuā, ut p ea quæ ſūpſimus ętna reme

Universidad de Deusto Biblioteca

dia capiamus. Per dñm.

IN PVRISSIMAE BEATAE VIRGINIS Mariæ natali, Oratio.

Famulis tuis qm̄s dñe cœleſtis gratiæ munus impartire, ut quibus btē Marię uirginis partus extitit ſalutis exordium, eius natiuitatis uotiua ſolennitas pacis tribuat incrementum. Per. SECRETA

Vnigeniti tui domine ſuccurrat nobis humanitas, ut qui natus de uirgine, matris integritatē non minuit ſed ſacrauit, in natiuitatis eius ſolēnijs, an̄ris piaculis exuens, oblationē noſtrā ſibi faciat acceptam. Qui tecum.

COMPLENDA.

Sumpſimus dñe celebritatis annuæ uotiua ſacramēta, pręſta qm̄s, intercedēte btā uirgine dei genitrice Maria ut & tpalis nobis uitæ remedia prębeant & ęternę. p.

DE DIVO ADRIANO MARTYRE, Orō.

Pręſta qm̄s omnipotens deus, ut qui bti Adriani martyris tui natalicia colimus, a cunctis malis imminentibus eius interceſſionibus liberemur, Per. SECRETA.

